Meum officium facio: quod peccatum a nobis ortum est, corrigo:
Nisi si in illo me credidisti esse hominum numero, qui ita putant,
Et ultro accusant: id quia non est a me factum, agi' gratias?
*Heg.* Ah, minime: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.
Sed quaeso, ut una mecum ad matrem virginis eas, Micio,
Atque istaec eadem, quae mihi dixti, tute dicas mulieri,
Suspicionem hanc propter fratrem ejus esse, & illam Psaltriam.
*Mic.* Si ita aequom censes, aut si ita opus est facto, eamus. *Heg.* Bene facis:
Nam & illi animum jam rellevabis, quae dolore, ac miseria

Tabe-

Egione, e Mizione.

Miz. *EGione, io non ritrovo in questa cosa*
*La cagion, perchè tanto tu mi lodi.*
*Faccio quello, che deggio: e quell' errore,*
*Che da noi vien, correggo: ogni qualvolta*
*Tu non mi creda di sì fatta gente,*
*I quali sono i primi a fare il male,*
*E i primi anco a dolersene, e si credono,*
*Che tu lor facci torto, e grave ingiuria,*
*Allora che di ciò tu ti quereli;*
*Perciò di rei si fanno accusatori.*
*Or io, perchè non opro in tal maniera,*
*Dovrò ricever grazie?* Eg. *Ah, non per certo,*
*Che diverso da quello, che tu sei,*
*Non ti ho giammai creduto. Ma ti prego,*
*Che dalla madre sua tu venga meco,*
*E quelle stesse cose, che mi hai dette,*
*A lei tu dica, e lor faccia vedere,*
*Da che nasce il sospetto, e che gli amori*
*Son tra'l fratello, e quella Cantatrice?*
Miz. *Se tu ciò stimi o giusto, o necessario,*
*Andiamo pure.* Eg. *A me mi par ben fatto*
*Perchè*

Tabeſcit; & tuo officio fueris functus. ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo, quae mihi dixti. *Mic.* Imo ego ibo. *Heg.* Bene facis:
Omnes, quibu' res ſunt minu' ſecundae, magi' ſunt neſcio quo modo
Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt neglegi;
Quapropter te ipſum purgare ipſi coram, placabilius eſt.
*Mic.* Et recte, & verum dicis. *Heg.* Sequere me ergo intro. *Mic.* Maxume.

*Perchè così riſtorerai colei,*
*Che di duol ſi conſuma, e di miſeria;*
*E'l dover tuo farai. Ma pur ſe credi,*
*Che inutile ciò ſia, da per me ſteſſo*
*Tutto a lei narrerò quel, che mi hai detto.*
Miz. *No, che voglio andarvi io.* Eg. *Certo fai bene:*
*Perchè coloro, a qua' van mal le coſe,*
*Sempre ſon ſoſpettoſi, ed a diſprezzo*
*Prendono tutto, e credon che ciaſcuno*
*Per la loro fiacchezza gli dileggi:*
*Onde è, che ſe in perſona a lor tu vai,*
*E ti ſcuſi con eſſe, già le vedo*
*E contente, e placate.* Miz. *Tu favelli*
*Veracemente, e ben.* Eg. *Dunque andiam dentro.*
Miz. *Andiamo pure.*

*Aeſc.* Diſcru-

*Ter: Adelph.* *Fig. XVI.*

ÆSCHINUS
ADULESCENS

*Act. IV. Scena IV.*

*Aesc.* DIscrucior animi. Hoccine de improviso mali mihi objici
Tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid agam, certum siet?
Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit: pectore
Consistere nihil [a] consilii quicquam potest. Vah quo modo
Me ex hac turba expediam? tanta nunc suspicio de me incidit:
Neque ea immerito. Sostrata credit, mihi me emisse hanc Psaltriam:
Anus indicium id fecit mihi.
Nam ut hinc forte ea ad obstetricem missa erat, ubi eam vidi, illico
Accedo, rogito, Pamphila quid agat, jam partus adsiet:
Eone obstetricem accersat. illa exclamat: abi, abi jam, Aeschine

Satis

VARIANTES LECTIONES

a nihil consilii quit. vah. *In utroque Codice, sed in antiquiori ita versus distribuuntur.* Pectore consistere nihil consilii quit. Vah. — Quomodo me ex hac expediam turba? — Tanta nunc suspicio de me incidit. Neque ea inmerito. Sostrata credit, mihi me Psaltriam hanc emisse: eidem anus — Mihi indicium fecit.

Eschino.

Esc. H*O l' animo trafitto:*
*Tanto male mi è giunto all' improvviso,*
*Che non so più che farmi, o che mi dire.*
*Tremo per lo timor come una foglia,*
*Per lo timore attonita ho la mente,*
*Ne sono più capace di consiglio.*
*Ah come mai sciorrò sì fatto intrigo;*
*Tanto sospetto han preso (e con ragione)*
*Di me! Sostrata crede, che comprata*
*Abbi io la Cantatrice, e dalla vecchia*
*Tutto ciò mi fu detto;*
*Che mentre andava per la Levatrice,*
*La vedo, me le accosto, e le domando,*
*Panfila che si faccia, e se vicina*
*Ella era a partorire, e se per questo*
*Giva forse a chiamar la Levatrice.*
*Ella grida, và via, và via da noi;*

Satis diu dedisti verba, sat adhuc tua nos frustrata est fides.
Hem, quid istuc, obsecro, inquam, est? valeas, habeas illam, quae placet.
Sensi illico id illas suspicari; sed me repressi tamen,
Ne quid de fratre garrulae illi dicerem, ac fieret palam.
Nunc quid faciam? dicamne fratris esse hanc? quod minime est opus
Usquam efferri. age, mitto: fieri potis est, uti nequa exeat.
Ipsum id metuo, uti credant: tot concurrunt verisimilia:
Egomet rapui: ipse egomet solvi argentum: ad me abducta est domum.
Haec adeo mea culpa, fateor, fieri; non me hanc rem patri, ut ut
Erat gesta, indicasse: exorassem ut eam ducerem domum [a].
Cessatum est usque adhuc: nunc porro Aeschine expergiscere.
Nunc hoc primum est: ad illas ibo, ut purgem me: accedam ad fores.
Perii: horresco semper, ubi [b] fores pultare hasce occipio miser.
Heus, heus: Aeschinus ego sum, aperite aliquis actutum ostium.
Prodit nescio quis: concedam huc.

VARIANTES LECTIONES

a domum *Deest in utroque Codice.* b ubi pultare hasce occipio fores.

*Ci hai burlate abbastanza, ed abbastanza*
*Ci hai tu mostrata la tua falsa fede.*
*Come! che mi dì tu? cosa è cotesta?*
*Và via, e ti sollazza a tuo piacere*
*Con quella, che or ti è grata. A dirittura*
*Mi accorsi del sospetto da lor preso;*
*Ma tacqui per non dire del fratello*
*Alla vecchia ciarliera alcuna cosa,*
*Che tosto l'averebbe messa in piazza.*
*Or che farò? Dirò, come costei*
*Ella è di mio fratello? non può farsi,*
*Acciocchè non si sappia. E dato il caso,*
*Che si tenesse occulto; ho gran timore,*
*Che io ritrovassi fede appò di loro;*
*Tante apparenze mi si fan contrarie.*
*Io stesso la rapii; feci lo sborso*
*Io stesso dell'argento; e fu condotta*
*In casa di me stesso. Feci male*
*Di quello, che con Panfila mi avvenne*
*A non farne parola con mio padre,*
*Ne a dir la cosa a lui, come era andata.*
*Io l'averei piegato certamente*
*A darmela per moglie: fino adesso*
*Balloccato ho, ne mai conchiuso nulla.*
*Adesso, Eschino, è tempo di svegliarsi.*
*Primieramente voglio andarne a loro*
*Per iscusarmi: busserò alla porta.*
*Son morto, e mi si rizzano i capelli*
*Per l'orror, quando vengo a questa porta,*
*E comincio a bussar. Olà di dentro?*
*Eschino sono; apritemi questo uscio:*
*Ma sento venir gente. Scosterommi.*

*Mic.* Ita

*Ter. Adelph.* *Fig. XVII.*

MICIO SENEX ÆSCHINUS ADULESCENS

*Act. IV. Scena V.*

*Mic.* ITa uti dixi, Softrata,
Facito: ego Aefchinum conveniam, ut, quo modo acta haec funt, fciat.
Sed quis oftium hoc pultavit? *Aefc.* Pater hercle eft: perii. *Mic.* Aefchine.
*Aefc.* Quid huic hic negoti eft? *Mic.* Tune has pepulifti fores? tacet.
Cur hunc aliquantifper non ludo? melius eft:
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipfe voluit credere [a].
Nil mihi refpondes? *Aefc.* Non equidem iftas, quod fciam.
*Mic.* Ita? nam mirabar, quid hic negoti effet tibi.
Erubuit: falva res eft. *Aefc.* Dic fodes pater,
Tibi vero quid iftic eft rei? *Mic.* Nihil mihi quidem.

Ami-

VARIANTES LECTIONES

*a* dicere.

Mizione, Efchino.

Miz. *SOftrata, così fate, come ho detto:*
*Io parlerò con Efchino; onde fappia*
*La cofa come è ita. Ma buffato*
*Chi ha a quefto ufcio?* Efc. *Per dio, che egli è mio padre.*
*Son morto!* Miz. *Efchino?* Efc. *Che avvi qui da fare?*
Miz. *Se' tu quel, che ha buffato? fi fta zitto.*
*Perchè non gli do io un po' la quadra?*
*Sì che dargliela voglio: ogni qual volta*
*Di tai cofe mi volle far fegreto.*
*Non mi rifpondi?* Efc. *Non ho mai, che io fappia,*
*Buffato a quefta porta.* Miz. *Veramente?*
*Tel credo; e mi ftupìa, che in quella cofa*
*Tu vi poteffi avere alcun negozio.*
*Si è fatto roffo: le cofe van bene.*
Efc. *Ma dimmi, o padre, in grazia, e tu che cofa*
*Hai qui che fare?* Miz. *Per me nulla affatto:*

*Ma*

Amicus quidam me a foro abduxit modo
Huc advocatum sibi. *Aesc.* Quid? *Mic.* Ego dicam tibi.
Habitant hic quaedam mulieres pauperculae:
Opinor eas non nosse te, & certe scio:
Neque enim diu huc commigrarunt. *Aesc.* Quid tum postea?
*Mic.* Virgo est cum matre. *Aesc.* Perge. *Mic.* Haec virgo orba est patre:
Hic meus amicus illi genere est proxumus:
Huic leges cogunt nubere hanc. *Aesc.* Perii! *Mic.* Quid est?
*Aesc.* Nil: recte: perge. *Mic.* Is venit, ut secum avehat:
Nam habitat Mileti. *Aesc.* Hem, virginem ut secum avehat?
*Mic.* Sic est. *Aesc.* Miletum usque, obsecro? *Mic.* Ita. *Aesc.* Animo male est.
Quid ipsae? quid ajunt? *Mic.* Quid illas [1] censes? nihil enim.
Commenta mater est, esse ex alio viro
Nescio quo puerum natum, neque eum nominat:
Priorem esse illum, non oportere huic dari.
*Aesc.* Eho, nonne haec justa tibi videntur postea?
*Mic.* Non. *Aesc.* Obsecro non? an illam hinc abducet, pater?
*Mic.* Quid ni illam abducat? *Aesc.* Factum a vobis duriter,
Immisericorditerque, atque etiam, si est, pater,
Dicendum magis aperte, inliberaliter.
*Mic.* Quam ob rem? *Aesc.* Rogas me? quid illi tandem creditis

Fore

VARIANTES LECTIONES

1 istas.

*Ma un certo amico mio trovommi in piazza,*
*Qua mi condusse, acciocchè in un affare*
*Di sua premura io gli porgessi ajuto.*
Esc. *In qual affare?* Miz. *Or io dirotti il tutto.*
*Si stanno in questa casa alcune donne,*
*Ma poverelle assai, le quai non credo,*
*Anzi so di sicur, che non conosci:*
*Ed è poco che qua sono venute.*
Esc. *E poi?* Miz. *Sta con sua madre una fanciulla.*
Esc. *Seguita.* Miz. *Senza padre: a lei parente*
*E' questo amico mio, a cui per legge*
*Ella debbe sposarsi.* Esc. *Son perduto.*
Miz. *Che dì?* Esc. *Nulla. Va ben: seguita pure.*
Miz. *Venuto or è costui, e vuol condurla*
*Fino alla patria sua, qual' è Mileto.*
Esc. *Come! Vuol condur via quella Fanciulla?*
Miz. *Certo.* Esc. *E condurla in Mileto di Caria?*
Miz. *Sin là.* Esc. *Me disgraziato! e quelle donne,*
*Che dicono?* Miz. *Che pensi? nulla affatto.*
*Solo la madre inventa certa frottola*
*Per non andarvi, e dice, che mogliera*
*E' sua figlia d' un altro, e non lo nomina,*
*E che di lui or abbia partorito;*
*Però non si poter lei torre al primo*
*Per darla a un altro.* Esc. *Non ti sembra questa*
*Forte ragione?* Miz. *No.* Esc. *Come no mai!*
*Dunque, mio padre, e' condurralla via?*
Miz. *E perchè non dovralla egli condurre?*
Esc. *Oprato avete con troppa durezza,*
*E senza punto di misericordia*
*Voi, padre, col Milesio, e a dirla chiara*
*Senza onestà veruna.* Miz. *E perchè questo?*
Esc. *Mel chiedi? e come vi credete voi,*



*Che*

Fore animi misero, qui illi consuevit prius [d],
(Qui infelix, haud scio, an illam misere nunc amat)
Cum hanc sibi videbit praesens praesenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum, pater.
*Mic.* Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
Cui? quando nupsit? auctor his rebus quis est?
Cur duxit alienam? *Aesc.* An sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus huc
Illinc veniret, expectantem? haec, mi pater,
Te dicere aequom fuit, & id defendere.
*Mic.* Ridiculum: advorsum ne illum caussam dicerem,
Cui veneram advocatus? sed quid [e], Aeschine, .
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est?
Quid lacrumas? *Aesc.* Pater, obsecro, ausculta. *Mic.* Aeschine, audivi omnia,
Et scio: nam amo te: quo magis, quae agi', curae sunt mihi.
*Aesc.* Ita velim, me promerentem ames, dum vivas, mi pater,
Ut me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet,
Et me tui pudet. *Mic.* Credo hercle: nam ingenium novi tuum
Liberale: sed vereor ne indiligens nimium sies.
In qua civitate tandem te arbitrare vivere?

Virgi-

VARIANTES LECTIONES

d prior.

e sed quid ista, Aeschine, nostra?

*Che rimarrassi quello sventurato*
*Avvezzo sempre a vivere con lei,*
*E che ancor forse l'ama estremamente,*
*Quando se la vedrà strappar di mano,*
*E condursela via su gli occhi proprj?*
*Padre, un' opera è questa indegna troppo.*
Miz. *Bel bello: e dove sta l'opera indegna?*
*Il padre forse fece gli sponsali?*
*O gliela diede in moglie? e' fece solo*
*Il male, quando prese una, che ad altri*
*Per ogni conto si dovea sposare.*
Esc. *E che, dovea marcirsi in casa propria*
*Una Ragazza omai cresciuta tanto,*
*Aspettando in quel mentre, che arrivasse*
*A lei di Caria qualche suo parente?*
*Questo era ben, che tu dicessi, o padre,*
*E che tu difendessi.* Miz. *Mi fai ridere:*
*Volevi, che io facessi d'avversario*
*Contro colui, che ad ajutare io venni?*
*Ma ciò che importa a noi? o qual negozio*
*Abbiamo da trattare, Eschin, con loro?*
*Andiam via. Ma tu piangi? E che cosa hai?*
Esc. *Caro padre, ti prego, ad ascoltarmi.*
Miz. *Eschino, seppi tutto: e ben comprendo*
*Quello, che mi vuoi dir. Tu sai che io ti amo,*
*E però veglio ognor su' fatti tuoi.*
Esc. *Così tu possa amarmi con giustizia,*
*Mentre vivi, come io di tutto cuore*
*Ho duolo, padre mio, del mal commesso,*
*E ne ho per tua cagion vergogna estrema.*
Miz. *Lo credo, perchè sempre mi fu noto*
*Il tuo genio amorevole, e cortese:*
*Ma ti vorrei veder nelle tue cose*
*Non tanto trascurato. Or dimmi un poco,*
*In qual città ti credi tu di stare?*

Facc-

Virginem vitiasti, quam te jus non fuerat tangere.
Jam id peccatum primum magnum; magnum, at humanum tamen.
Fecere alii saepe item boni. at postquam evenit, cedo,
Nunquid circumspexti? aut nunquid tute prospexti tibi,
Quid fieret, qua fieret? si te [a] ipsum mihi puduit dicere;
Qua rescisceremt? haec dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti te [b], & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.
Quid? credebas, dormienti haec tibi confecturos deos?
Et sine tua opera illam in cubiculum iri deductum domum?
Nolim, caeterarum rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es; duces uxorem hanc. *Aesc.* Hem. *Mic.* Bono animo es, inquam. *Aesc.* Pater.
Obsecro, num ludis tu nunc me? *Mic.* Ego te? quamobrem? *Aesc.* Nescio:
Nisi, quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis.
*Mic.* Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem accersas: abi.
*Aesc.* Quid [c]? jamne [1] uxorem? *Mic.* Jam. *Aesc.* Jam? *Mic.* Jam quantum potest. *Aesc.* Di me, pater,
Omnes oderint, ni magi' te quam oculos nunc amo meos.
*Mic.* Quid? quam illam? *Aesc.* Aeque. *Mic.* Perbenigne. *Aesc.* Quid? ille ubi est Milesius? *Mic.* Abiit,

VARIANTES LECTIONES

*a* *si te mihi ipsum puduit proloqui.* *b* & te. *c* Quid? jam uxorem?

1 Jamne uxorem ducam?

*Facesti oltraggio ad una verginella,*
*Cui di toccar nessun diritto avevi.*
*Già questa ella è gran colpa:*
*Ma pure umana, e che commiser molti,*
*E delle volte ancor que' che fur buoni.*
*Ma perchè, dimmi, dopo fatto il male,*
*Tu non pensasti a dargli alcun rimedio?*
*Forse da te cercasti provvederci?*
*O giacchè ti prendea di me vergogna,*
*Ne da te stesso mel volesti dire,*
*Di alcun cercasti, acciò che mel dicesse?*
*E in mezzo a queste tue tante incertezze*
*Eccoti dieci mesi già passati:*
*Così te stesso, e quella sventurata*
*Hai rovinato, ed anco il tuo figliuolo,*
*Per quel che ti appartenne. Ti credevi,*
*Che a te dormendo colla pancia all'aria,*
*Dovessero gli Dei porgere aita?*
*E menarti la sposa insino al letto?*
*Non ti vorrei nel resto delle cose*
*Negligente, conforme fosti in questa.*
*Ma stammi allegro. Avrai costei per moglie.*
Esc. *Come!* Miz. *Ti torno a dir, che stiimi allegro.*
Esc. *Padre, dimmi, ti prego, non già mica*
*Mi burli adesso?* Miz. *Che io ti burli, o figlio!*
*E perchè ciò?* Esc. *Non sollo: ma so bene,*
*Che sì di cuore io bramo queste nozze,*
*Che unita a gran desire ho gran paura.*
Miz. *Vanne in casa, ed invoca i sommi Dei,*
*Acciò facciano andar felicemente*
*Queste nozze.* Esc. *Sì presto per la Sposa?*
Miz. *Adesso.* Esc. *Come adesso!* Miz. *In questo punto.*
Esc. *Essere io possa in ira a tutti i Dei,*
*Se te non amo, dolce padre mio,*
*Vie più degli occhi miei.* Mi. *Più ancor di quella?*
Esc. *Quanto quella.* Miz. *Per certo me ne avanza.*
Esc. *Ma dimmi quel Milesio, ove or si trova?*


Miz. *Par-*

*Mic.* Abiit, periit, navem aſcendit. Sed cur ceſſas? *Aeſc.* Abi Pater:
Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certe ſcio,
Quo vir melior multo es quam ego ſum, obtemperaturos magis.
*Mic.* Ego eo intro, ut, quae opu' ſunt, parentur: fac tu [a], ut dixi, ſi ſapis.
*Aeſc.* Quid hoc negoti? hoc eſt patrem eſſe, aut hoc eſt filium eſſe?
Si frater, aut ſodalis eſſet, qui magi' morem gereret?
Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? hem.
Itaque adeo magnam mi injecit ſua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit: ſciens cavebo.
Sed ceſſo ire intro, ne morae meis nuptiis egomet ſiem?

VARIANTES LECTIONES

*a* tu fac. *Sic etiam in altero Codice.*

Miz. *Partiſſi, andò per mare, ed annegoſſi.*
*Ma ancor, perchè non vai?* Eſc. *Và tu piuttoſto*
*Ad invocare, e a ſupplicare i Numi,*
*Che a te, che di me ſei miglior cotanto,*
*Saranno più che a me grati, e propizj.*
Miz. *Or io me n' entro in caſa, ed ammanniſco*
*Ciò che può biſognar; tu ſe hai giudizio,*
*Vanne, e fà quanto diſſi.*
Eſc. *Coſa è queſto negozio! Un padre tale*
*Potrà trovarſi ad un figliuolo tale?*
*Se egli mi era fratello, o pur compagno*
*Potea più ſecondar le voglie mie?*
*Or io non l' amerò fino alla morte?*
*Ma colla tanta ſua piacevolezza*
*Hammi obbligato a porre ogni riguardo*
*Per non errare, e dargli diſpiacere;*
*In che potrei mancar per ignoranza;*
*Che a poſta nol farò certo giammai.*
*Ma perchè mi trattengo, e non vò dentro,*
*E da me pongo indugio alle mie nozze?*

*Dom. Miſerotti Sculp.*

Ter. Adelph. Fig. XVIII.

Act. IV. Scena VI.

Dem. DEfeſſus ſum ambulando. ut Syre te cum tua
Monſtratione magnus perdat Jupiter.
Perreptavi uſque omne oppidum, ad portam, ad lacum,
Quo non? neque fabrica [a] ulla erat, neque fratrem homo [b]
Vidiſſe ajebat quiſquam. nunc vero domi
Certum obſidere eſt, uſque donec redierit.

VARIANTES LECTIONES

[a] illic. *In utroque Codice.* [b] domo.

Dem. IO *non ne poſſo più dal camminare.*
*Siro, che ti ſprofondi il ſommo Giove*
*Con que' tuoi inſegnamenti delle ſtrade.*
*Sono andato bel bello, e paſſo paſſo,*
*Per tutta la città ſino alla porta,*
*Ed a quel foſſo: e dove non ſono ito?*
*Non vi trovai Botteghe, e non trovai*
*Chi là veduto aveſſe il mio fratello.*
*Ma vo' qui adeſſo trattenermi in caſa,*
*Ed aſpettarlo, ſino che ritorni.*

Act. IV. Scena VII.

*Mic.* IBo, illis dicam, nullam esse in nobis moram.
*Dem.* Sed eccum ipsum. te jamdudum quaero, Micio.
*Mic.* Quidnam? *Dem.* Fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adolescentis. *Mic.* Ecce autem. *Dem.* Nova,
Capitalia. *Mic.* Ohe, jam. *Dem.* Ah nescis, qui vir fiet. *Mic.* Scio.
*Dem.* O [a] stulte, tu de Psaltria me somnias
Agere. hoc peccatum in virginem est civem. *Mic.* Scio.
*Dem.* Ohe, scis, & patere? *Mic.* Quid ni patiar? *Dem.* Dic mihi,
Non clamas? non insanis? *Mic.* Non. malim quidem.
*Dem.* Puer natus est. *Mic.* Dii bene vortant. *Dem.* Virgo nihil habet.
*Mic.* Au-

VARIANTES LECTIONES

a *In Codice sic versus leguntur:* *Dem.* Stulte: tu de Psaltria me somnias agere. — Hoc peccatum &c.

Mizione, e Demea.

Miz. *ANderò dunque ad esse, e dirò loro*
*Come siam pronti dalla parte nostra.*
Dem. *Ma eccolo, che viene. Egli è d' un pezzo,*
*Mizione, che ti cerco.* Miz. *Ed a qual fine?*
Dem. *Altre ti porto iniquità sonore*
*Di quel buon giovanetto.* Miz. *Eccoci al solito.*
Dem. *E nuove, e capitali.* Miz. *O via finiamola.*
Dem. *Ah che non sai ancor, che uomo e' si sia.*
Miz. *Lo so.* Dem. *Stolto che sei. Ti sogni adesso,*
*Che io voglia dire della Cantatrice.*
*Egli ha commesso in cittadina vergine*
*Uno stupro solenne.* Miz. *Io non l' ignoro.*
Dem. *Ti è noto, e tu lo soffri?* Miz. *E perchè deggio*
*Non sofferirlo?* Dem. *E tu, dimmi, e non gridi*
*Come una bestia, e non esci di senno?*
Miz. *Non io; sebbene sarei più contento,*
*Che avvenuto non fosse questo male.*
Dem. *Gli è nato un figlio.* Miz. *Con occhio propizio*
*Lo riguardin gli Dei.* Dem. *La Vergin poi*
*E' nu-*

Audivi. *Dem.* Et ducenda indotata est? *Mic.* Scilicet.
Quid nunc futurum est? *Mic.* Id enim, quod res ipsa fert:
Illinc huc transferetur virgo. *Dem.* O Jupiter,
Istoccine pacto oportet? *Mic.* quid faciam amplius?
*Dem.* Quid facias? si non ipsa re tibi [a] dolet;
Simulare certe est hominis. *Mic.* Quin jam virginem
Despondi: res composita est: fiunt nuptiae:
Dempsi metum omnem: haec magis sunt hominis. *Dem.* Caeterum
Placet tibi factum, Micio? *Mic.* Non si queam
Mutare: nunc, cum non queo, aequo animo fero.
Ita vita est hominum, quasi, cum ludas tesseris;
Si illud, quod maxumo opus est jactu, non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
*Dem.* Corrector. nempe tua arte viginti minae
Pro Psaltria periere: quae, quantum potest,
Aliquo abjicienda est; si non pretio, gratiis [1].
*Mic.* Neque est, neque illam sane studeo vendere.
*Dem.* Quid igitur facies? *Mic.* Domi erit. *Dem.* Proh deum fidem,
Meretrix & mater familias una [2] in domo?
*Mic.* Cur non? *Dem.* Sanum te credis esse? *Mic.* Equidem arbitror.
*Dem.* Ita me dii ament, ut video ego tuam ineptiam:

Factu-

VARIANTES LECTIONES

a tibi istuc dolet. *In utroque Codice.*

1 vel gratis. 2 erit una in domo?

*E' nuda, e cruda, come Iddio l' ha fatta.*
Miz. *Mi è stato detto.* Dem. *Dunque senza dote*
*E' meneralla a casa?* Miz. *Senza dubbio.*
Dem. *Che dunque farem noi?* Miz. *Quello, che porta*
*L' affare stesso. Di casa alla madre*
*Leverolla, e verranno a casa mia.*
Dem. *O Giove, in questa guisa si dee fare!*
Miz. *Che far deggio di più?* Dem. *Che far tu dei?*
*Ancorchè realmente non ti spiaccia,*
*Come uom dovresti il duol finger almeno.*
Miz. *Anzi che già la Vergine per moglie*
*Ho data al mio figliuol: così l' affare*
*Si è terminato: Ora si fan le nozze,*
*E in questa guisa ogni timore ho tolto.*
*Queste son cose in ver degne d' un uomo.*
Dem. *Sicchè lieto tu sei di queste nozze?*
Miz. *Non ne son, se potessi frastornarle;*
*Ma perchè non lo posso, ne son lieto.*
*La vita umana ella è un giuoco di dadi:*
*Se nel gettarli non ti vien quel punto,*
*Che più vorresti, correggi con arte*
*Quello, che ti è venuto.*
Dem. *Or vedi correttore! Son periti*
*Mercè dell' arte tua ducento scudi*
*Per quella Cantatrice, che per certo*
*Ce l' abbiamo a levar d' avanti agli occhi;*
*O si venda, o si doni.* Miz. *Non abbiamo*
*Chi la voglia comprare, ed io m' ingegno*
*Di non venderla.* Dem. *Adunque, e che farai?*
Miz. *Terrolla in casa.* Dem. *E staran dunque insieme*
*Una Puttana, ed una Maritata?*
Miz. *E perchè no?* Dem. *Se' tu sano di mente?*
Miz. *Lo credo senza dubbio.* Dem. *I sommi Dei*
*Così mi amino, come io veggio chiara*

*La*

Facturum credo, ut habeas quicum cantites.
*Mic.* Cur non? *Dem.* Et nova nupta eadem haec discet? *Mic.* Scilicet.
*Dem.* Tu inter eas restim ductans saltabis. *Mic.* Probe. *Dem.* Probe?
*Mic.* Et tu nobiscum una, si opus sit. *Dem.* Hei mihi,
Non te haec pudent? *Mic.* Jam vero omitte, Demea,
Tuam istanc iracundiam, atque ita, uti decet,
Hilarum ac lubentem fac te gnati in nuptiis.
Ego hos conveniam; post huc redeo. *Dem.* O Jupiter.
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?
Uxor sine dote veniet: intus Psaltria est:
Domu sumptuosa: adolescens luxu perditus:
Senex delirans. ipsa, si cupiat, Salus
Servare prorsus non potest hanc familiam.

*La tua stoltezza. Vuoi tenere in casa*
*Costei, che sa di canto,*
*Per cantucchiar talor con esso lei?*
Miz. *E perchè no?* Dem. *Questi medesmi modi*
*Terrà di poi la tua novella Nuora?*
Miz. *Senza alcun dubbio.* Dem. *E tu dinanzi a loro*
*Andrai col laccio guidando la danza.*
Miz. *Egregiamente.* Dem. *Egregiamente?* Miz. *E nosco*
*Se ne abbisogni, ballerai tu pure.*
Dem. *Oimè! ne ti vergogni di tai cose?*
Miz. *O via, Demea, dispogliati d' ogn' ira*
*Conforme si conviene, e fa buon viso*
*Per le nozze del figlio, e statti allegro.*
*Andrò a trovarli, e quà poi torneronne.*
Dem. *O Giove! E si può dare una tal vita,*
*Costumi tali, melensangin tale!*
*Mogliera senza dote: dentro casa*
*La cantatrice: spese da ogni parte:*
*Un Giovan tutto lusso: un Vecchio pazzo.*
*Per dio, che se venisse di persona*
*La stessa Dea Salute, e se volesse*
*Salvare questa gente, non potrebbe.*

Dom. Misrotti sculp.

*Syr.* Aede-

Act. V Scena I.

*Syr.* **A**Edepol Syriſce, te curaſti molliter, *
Lauteque munus adminiſtraſti tuum:
Abi. ſed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt. *Dem.* Illud ſis vide
Exemplum diſciplinae. *Syr.* Ecce autem hic adeſt
Senex noſter. quid fit? quid tu es triſtis? *Dem.* Oh ſcelus.
*Syr.* Ohe, jam tu verba fundes [1] hic ſapientia?
*Dem.* Tun'? ſi meus eſſes. *Syr.* Dis quidem eſſes Demea,

Ac

VARIANTES LECTIONES.

1 Eho: jam tu verba fundis.

Siro, e Demea.

Sir. *AFfè, Sirino mio, che governato*
*Ora ti ſei con gran dilicatezza,*
*Ed hai pur lautamente amminiſtrato*
*L' offizio tuo: vattene dunque omai.*
*Ma poichè mi ſon pieno a crepa pelle,*
*Io vo' qui fare quattro paſſeggiate.*
Dem. *Ecco il maeſtro, e l' eſemplar di tutti*
*I buoni ſervi.* Sir. *Io veggio il noſtro vecchio.*
*Che fai? perchè ti ſtai così turbato?*
Dem. *Iniquo!* Sir. *Ancora qui tu ti trattieni*
*A gettar via le tue ſagge parole?*
Dem. *Furfanton, coſe tai! ſe foſſi mio ...*
Sir. *Sareſti ricco: e non avria biſogno*

La

## N O T AE

* Craſſum putat errorem Daceria, ab his Syri verbis Actum V. exordiri, & hanc Scenam cum ſequenti, cui initium eſt *Heus Syre* ad IV. pertinere exiſtimat; in quam quidem ſententiam pedes eunt nonnulli eruditi viri. Ego vero haud ſatis aptam rationem invenio ita ſentiendi, reorque aeque bene Actus V. exordium ab hac deſumi Scena poſſe, vel a Micionis verbis *Parata a nobis*: vacuum ſiquidem utrobique theatrum apparet, actionemque induci cum praecedentibus Scenis neceſſario minime conjunctam.

Ac tuam rem conftabiliffes. *Dem.* Exemplum [a] omnibus
Curarem, ut effes. *Syr.* Quamobrem? quid feci? *Dem.* Rogas?
In ipfa turba, atque in peccato maxumo,
Quod vix fedatum fatis eft, potaftis, fcelus,
Quafi re bene gefta. *Syr.* Sane nollem huc exitum [b].

VARIANTES LECTIONES

*a* Exempla. *b* hunc exitum. *Sic in utroque legitur Codice.*

*La voftra cafa più di alcun puntello.*
Dem. *Ti vorrei far l'efempio del comune.*
Sir. *Per qual cagion? che fei?* Dem. *Me lo domandi?*
*Nel tumulto maggior, nel maggior impeto*
*Del peccato graviffimo, che pure*
*Alto gorgoglia, e ancor non è fedato,*
*Quafi che tutto foffe andato bene,*
*Tì fei fermato a bere in fanta pace.*
Sir. *Avrei fatto affai meglio a ftarmi in cafa.*

## NOTAE

ctam. Neque tamen id referre piget, unde doctiffimae Daceriae fententia confirmatur, Synopfin fcilicet, quae in fronte Tabulae Scenae eidem *Parata a nobis* praefixae legitur in perantiquo Regiae Bibliothecae Codice, quem fupra optimo jure laudavimus, & ea quidem eodem fcripta caractere, quo Codex ipfe dignofcitur exaratus. QUINTUS ACTUS CONTINET HAEC, REPREHENSIONEM CTESIPHONIS CUM PSALTRIA; JURGIUM DEMEAE CUM MICIONE, EJUSDEMQUE DEMEAE PRISTINAE VITAE CORREPTIONEM; ET PRAETEREA MULTA IN COMAEDIA NOVA; HOC EST BLANDIMENTUM CIRCA AESCHINUM, ET ADFABILITATEM ERGA GETAM; CONCILIATIONEM SYRI, ET UXORIS EJUS, ET VENIAM CIRCA CTESIPHONEM, PERMISSIONEMQUE HABENDAE &c. SERVATUR AUTEM PER TOTAM FABULAM MITIS MICIO, SAEVUS DEMEA, LENO AVARUS, CALLIDUS SYRUS, TIMIDUS CTHESIPHO, LIBERALIS AESCHINUS, PAVIDAE MULIERES.

Dom. Mifrotti fculp.

Dro. Heus

Act. V. Scena II.

*Dro.* HEus Syre, rogat te Cteſipho, ut redeas. *Syr.* Abi.
*Dem.* Quid Cteſiphonem hic narrat? *Syr.* Nihil. *Dem.* Eho carnuſex,
Eſt Cteſipho intus? *Syr.* Non eſt. *Dem.* Cur hic nominat?
*Syr.* Eſt alius quidam paraſitaſter parvolus,
Noſtin'? *Dem.* Jam ſcibo. *Syr.* Quid agis? quo abis? *Dem.* Mitte me.
*Syr.* Noli inquam. *Dem.* Non manum abſtines, maſtigia?
An tibi [1] jam mavis cerebrum diſpergam hic? *Syr.* Abit.
Aedepol commiſſatorem haud ſane commodum,
Praeſertim Cteſiphoni. quid ego nunc agam?
Niſi, dum hae ſileſcunt turbae, interea in angulum
Aliquo abeam, atque edormiſcam hoc [2] villi. ſic agam.

VARIANTES LECTIONES

1 An tibi mavis cerebrum diſpergi hic? Syr. Abiit. 2 hoc vini?

Dromone, Siro, e Demea.

Dro. O *Siro, Teſifone a ſe ti chiama.*
Sir. *Và via.* De. *Di Teſifon coſtui che dice?*
Sir. *Nulla.* Dem. *Olà furfantaccio, è dentro in caſa*
*Teſifone?* Sir. *Non vi è.* De. *E perchè egli dunque*
*L'ha nominato?* Sir. *E' un altro Teſifone,*
*Che imita i Paraſiti: nol conoſci?*
Dem. *Chiarirommene adeſſo.* Sir. *Coſa fai?*
*Dove te ne vai tu?* Dem. *Laſciami andare.*
Sir. *Stà qui ti dico.* Dem. *E a te non tiri ancora*
*Coteſte tue manacce, ſciagurato?*
*O vuoi, che io ti diſperga le cervella?*
Sir. *Se l'è colta. Odioſo Commenſale*
*A tutti ſia; ma a Teſifon del certo*
*Duro all'eſtremo. Adeſſo che ho da fare?*
*La miglior coſa ella ſarà, che mentre*
*Sedando ſi anderan queſti trambuſti,*
*Io mi cacci in qualche angol della caſa,*
*E lì ſdrajato il bevuto buon vino*
*Digeriſca a dormir. così vo' fare.*

Act. V. Scena III.

*Mic.* PArata a nobis ſunt, ut [1] dixi, Soſtrata,
Ubi vis. quiſnam a me pepulit tam graviter fores?
*Dem.* Hei mihi, quid faciam [2]? quid agam? quid clamem? aut querar?
O coelum, o terra, o maria Neptuni. *Mic.* Hem tibi,
Reſcivit omnem rem: id nunc clamat: ilicet:
Paratae lites: ſuccurrendum eſt. *Dem.* Eccum adeſt
Communis corruptela noſtrûm liberûm.
*Mic.* Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.
*Dem.* Repreſſi, redii, mitto maledicta omnia:
Rem ipſam putemus. dictum hoc inter nos fuit,

Ex

VARIANTES LECTIONES

1 ita ut. 2 quid faciam? quid clamem?

Demea, e Mizione.

Miz. G*Ià ſta tutto ammannito: a te ſi aſpetta,*
*Soſtrata, a dir, quando ho da far le nozze.*
*Ma chi buſsò sì forte alla mia porta?*
Dem. *Ahimè, che farò io? che dirò io?*
*Chi ad alta voce chiamerò in ajuto?*
*E con cui ſfogherò le mie querele?*
*O Cieli, o Terra, o Mare di Nettuno!*
Miz. *Ecco l' amico: ha riſaputo tutto.*
*Per queſto egli ſi ſmania. Animo dunque;*
*Egli vien preparato a gridar meco:*
*Biſogna dare ajuto a Teſifone.*
Dem. *Ecco qui la comune corruttela*
*De' noſtri figli.* Miz. *Frena finalmente*
*Tanto ſdegno, fratello, e in te ritorna.*
Dem. *Lo frenai, ſon tornato entro me ſteſſo,*
*E ti prometto di non dir più male.*
*Ma eſaminiamo un poco il fatto bene.*
*Dimmi; fra noi non ſi fece egli il patto,*

*E tu*

Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum,
Neve ego tuum. responde. *Mic.* Factum est, non nego.
*Dem.* Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam, Micio? nam [1] qui minus
Mihi idem jus aequom est esse, quod mecum est tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
*Mic.* Non aequom dicis, non: nam vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.
*Dem.* Facete: nunc demum istaec nata oratio est.
*Mic.* Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea.
Principio, si id te mordet, sumptum filii
Quem faciunt, quaeso facito hoc [2] tecum cogites.
Tu illos duo [3] olim pro re tolerabas tua,
Quod satis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem credidisti scilicet
Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine:
Conserva, quaere, parce, fac quamplurimum
Illis relinquas: gloriam tu istam [4] obtine:
Mea, quae praeter spem evenere, utantur, sine.
De summa nihil decedet: quod hinc accesserit,
Id de lucro putato esse. omnia si haec voles,
In animo vere cogitare, Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.

*Dem.* Mitto

VARIANTES LECTIONES

numquid minus &c. 2 haec. 3 duos olim pro re tollebas tua. 4 istanc tibi optine.

*E tu lo proponesti, che ne io*
*Il tuo curassi, ne tu il mio figliuolo?*
*Rispondi; fu ciò vero?* Miz. *Fu verissimo.*
Dem. *Or perchè tanto cionca in casa tua?*
*Perchè tu lo ricetti? e perchè compri*
*A lui l' amica? dobbiamo tra noi*
*Farla del pari: il tuo non io già curo,*
*E non curar tu il mio.* Miz. *Non dici bene,*
*No certo. Non sai tu il proverbio antico?*
*E' comune ogni cosa infra gli amici.*
Dem. *Oh che bel detto! è nata in questo punto*
*Così rara sentenza.* Miz. *Brevemente,*
*Se non ti grava, ascoltami, Demea.*
*Primieramente se ti punge, e morde*
*Lo spendere soverchio, che essi fanno,*
*Fa teco questo conto: Due figliuoli*
*Tu ti allevavi giusta il tuo potere;*
*Che ti credevi, che bastare a entrambo*
*Potesse la tua robba, e nessun dubbio*
*Ti venne mai, che io non prendessi moglie:*
*Or segui a far ciò, che facevi allora;*
*Conserva, cerca, e fà de' gran risparmj,*
*E t' industria a lasciare a' tuoi figliuoli*
*Entrate signorili, e tutta tua*
*Sia questa gloria, e lascia, che del mio,*
*Che fuor di ogni speranza hanno trovato,*
*Si servan essi, e della robba tua*
*Non scemerassi punto; e tutto quello,*
*Che da me ti verrà, poni a guadagno.*
*Or se vorrai pensar, Demea, sul serio*
*A queste cose, toglierai di affanno*
*E me, e te co' tuoi figliuoli ancora.*

Dem. *La-*

*Dem.* Mitto rem: consuetudinem ipsorum. *Mic.* Mane:
Scio: istuc ibam. multa in homine, Demea,
Signa insunt, ex quibu' conjectura facile fit,
Duo cum idem faciunt, saepe ut possis dicere,
Hoc licet impune facere huic, illi non licet:
Non quo [1] dissimilis res sit, sed [a] quod, qui facit:
Quae ego esse in illis video: ut confidam fore ita,
Ut volumus: video [2] sapere, intellegere, in loco
Vereri, inter se amare: scire est liberûm
Ingenium, atque animum: quovis illos tu die
Reducas. at enim metuas, ne ab re sint tamen
Omissiores paulo. o noster Demea,
Ad omnia alia aetate sapimus rectius:
Solum unum hoc vitium adfert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est:
Quod illos sat aetas acuet. *Dem.* Ne nimium modo
Bonae tuae istae nos rationes, Micio,
Et tuus iste animus aequus subvortat. *Mic.* tace,
Non fiet. mitte jam istaec: da te hodie mihi:
Exporge frontem. *Dem.* Scilicet, ita tempus fert,

Faciun-

VARIANTES LECTIONES

*a* sed quo is, qui facit.

1 Non quod. 2 video, eos sapere.

Dem. *Lasciamo star la robba: della loro*
*Accostumanza.* Miz. *Chetati, ti ho inteso,*
*E a questo ora veniva. Son nell' uomo,*
*Demea, parecchi segni, onde un pronostica*
*Qual debba divenire: per tal modo*
*Che saran due a far la stessa cosa,*
*E tu giudicherai, che ad un si avvenga*
*Di farla impunemente, e non all' altro;*
*Ne ciò, perchè vi sia dissimiglianza*
*In quella cosa; ma perchè dissimili*
*Son fra loro que' due. Or dunque i segni,*
*Che veggio in essi appresso me son tali,*
*Che ci riusciran, come vogliamo.*
*Veggio, che hanno cervello, e a tempo, e a luogo*
*Consideran le cose, e con riguardo*
*Fanno i lor fatti, e si amano fra loro;*
*Onde si vede chiaro, come essi hanno*
*Sortito un natural nobile, e schietto;*
*E tu se lo vorrai, a qualunque ora*
*Ricondur li potrai nel buon sentiero.*
*Ma temerai, che poco, o nessun conto*
*Terranno del denaro: o mio Demea,*
*La lunga etade in molte cose, e molte*
*Ci fa più intelligenti: ma la stessa*
*Ci arreca questo vizio solamente,*
*Che ci fa più tirati del dovere:*
*Sicchè lasciali pur crescer negli anni,*
*Che il tempo aguzzerà loro il cervello.*
Dem. *Coteste tue tante buone ragioni,*
*E cotesta tua mente sì pacata,*
*Io non vorrei, che al fin mi sovvertissero.*
Miz. *Taci, non ti avverrà quello, che temi.*
*Tralascia omai tutte coteste cose;*
*Fa per oggi a mio modo, e spiana affatto*
*Dalla tua fronte il brutto increspamento.*
Dem. *Il tempo così vuol? così si faccia.*

*Ma*

Faciundum eſt: caeterum rus cras cum filio [a]
Cum primo luci. *Mic.* Imo de nocte cenſeo:
Hodie modo hilarum te face. *Dem.* Et iſtam Pſaltriam
Una illuc mecum hinc abſtraham. *Mic.* Pugnaveris.
Eo prorſus pacto illi alligaris filium.
Modo facito, ut illam ſerves. *Dem.* Ego iſtuc videro: atque
Illi favillae [b] plena, fumi, ac pollinis
Coquendo ſit ſaxo, & molendo: praeter haec,
Meridie ipſo, faciam, ut ſtipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo eſt. *Mic.* Placet.
Nunc mihi videre ſapere. atque equidem filium [c],
Tum etiam ſi nolit, cogas, cum illa una cubat.
*Dem.* Derides? fortunatus, qui iſto animo ſies [1]:
Ego ſentio. *Mic.* Ah pergiſne? *Dem.* Jam deſino [d].
*Mic.* I ergo intro, &, cui rei eſt, ei rei hunc ſumamus diem.

VARIANTES LECTIONES

a caeterum ego rus cras cum filio — Quum primum luci, ibo hinc. *Mic.* De nocte cenſeo.
b Ibi favillae. c *Dem.* Atque equidem filium, — Tum, etiamſi nolit, cogam, ut cum illa una cubat.
* *Mic.* Derides? *Dem.* Fortunatus, qui. d jam jam deſino.

1 caeterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. 2 *Dem.* Atque equidem filium tuum etiamſi nolit, cogam, ut cum illa una cubat. — Derides? Fortunatus, qui iſtoc animo ſies. — Ego ſentio . . . .

*Ma domani ſenza altro alla prima alba*
*Vo' col mio figlio ritornare in villa.*
Miz. *Vacci di notte ancor, pur che oggi almeno*
*Tu ci facci buon viſo, e ſtii contento.*
Dem. *E là per forza tirerovvi ancora*
*Quella ribalda della Cantatrice.*
Miz. *Grande opra tu farai. E in queſto modo*
*Porrai una catena al piè del figlio.*
*Intanto penſa bene a cuſtodirla.*
Dem. *Non dubitare, che io ne avrò ben cura.*
*Ma quando ſarà in villa, allor allora*
*La voglio conciar bene. Sporca tutta*
*Vo' che ſia di fuligine, e farina,*
*Che ivi a far la cucina, ed a girare*
*La terrò il noſtro mulinello a mano.*
*In oltre io vo', che di bel mezzo giorno*
*Vada tagliando, e affaſtellando ſtipe,*
*E così tingeraſſi di maniera,*
*Che il ſuo volto ſarà come un carbone.*
Miz. *Mi piace, e moſtri adeſſo di aver ſenno:*
*E sè per ſorte di dormir con lei*
*Ricuſaſſe il tuo figlio, e tu vel forza.*
Dem. *Mi burli? oh te felice, a cui dato hanno*
*I Dei coteſta mente sì tranquilla!*
*Io ſento . . . . . .* Miz. *E là pur torni?*
Dem. *Ho già finito.*
Miz. *Vien dunque dentro, e'l giorno allegramente*
*Paſſiamo per le nozze del figliuolo.*

*Dem.* Nun-

Act. V. Scena IV.V

Dem. NUnquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, aetas, uſus ſemper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quae te ſcire credas, neſcias,
Et, quae tibi putaris prima, in experiundo ut repudies.
Quod mi evenit nunc. nam ego vitam duram, quam vixi uſque adhuc,
Prope jam decurſo [1] ſpatio mitto: id quamobrem? re ipſa repperi,
Facilitate nihil eſſe homini melius, neque clementia. id
Eſſe verum, ex me, atque ex fratre cuivis facile eſt noſcere.
Vitam ille ſuam ſemper egit in otio, in conviviis:
Clemens, placidus, nulli laedere os, arridere omnibus:

Sibi

VARIANTES LECTIONES

1 excurſo.

Demea.

Dem. NEſſuno fece mai sì bene i conti
*Sopra la vita ſua, che a lungo andare*
*L' eſperimento, l' età varia, e l' uſo*
*Non gli arrecaſſer delle coſe nuove,*
*E nol feſſero accorto; che alle volte*
*Quel ch' ei penſò ſaper, certo non ſeppe,*
*E ciò, che ſi credeo eſſer ben fatto,*
*Non era tal, quando poi venne all' opera;*
*Il che mi è appunto addivenuto adeſſo:*
*Poichè preſſo alla fin della mia vita.*
*Condanno, e muto il genio mio ſevero.*
*Oh perchè ciò? perchè tocco ho con mano,*
*Che nulla a un uomo mai può tornar meglio,*
*Che l' eſſere gentil, l' eſſer benigno:*
*Come ognun può comprender facilmente*
*Che me riguardi, e il mio fratel Mizione.*
*E' ſempre viſſe in ozio, e ne' conviti,*
*Placido, e dolce, ed a niun moleſto:*
*Se la diſſe con tutti, e di ſuoi piaceri*

Viſſ

Sibi vixit, sibi sumptum fecit, omnes bene dicunt, amant.
Ego ille agrestis, saevus, tristis, parcus, truculentus, tenax.
Duxi uxorem: qua[illegible]i miseriam vidi! nati filii;
Alia cura: [1] eja a[illegible] illis dum studeo, ut quamplurimum
Facerem, contrivi in quaerundo vitam atque aetatem meam:
Nunc exacta aetate hoc [a] fructi pro labore ab iis fero,
Odium. ille alter sine labore patria potitur commoda:
Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia:
Illum diligunt: apud illum sunt ambo, ego desertu' sum:
Illum, ut vivat, optant; meam autem mortem expectant scilicet.
Ita eos meo labore eductos maxumo hic fecit suos
Paulo sumptu. miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Age, age [2], jam [b] experiamur porro contra, & quid ego possiem
Blande dicere, aut benigne facere, quando huc [3] provocat.
Ego quoque a meis me amari & magni pendi postulo.
Si id fit dando atque obsequendo, non posterioreis feram.
Deerit: id mea minime refert, qui sum natu maxumus.

VARIANTES LECTIONES

hoc frugi fructi. *b* nunc jam experiamur contra.

porro autem, dum studeo illis, ut &c. 2 Age, age, nunc experiamur contra haec, quid ego possiem. 3 eo provocat.

*Visse, e per lor fece di molte spese:*
*Ogn' un lo benedice, ogn' un l' adora.*
*Ed io per lo contrario, che fui sempre*
*Quel villan, quel crudele, quell' acerbo,*
*Quell' avaro, quel fiero, quel tenace,*
*Come fan tutti, presi moglie, e oh quale*
*Miseria fu mai quella! ebbi de' figli.*
*Eccoti un altro affanno. Finalmente*
*Mentre m' ingegno di lasciarli ricchi,*
*Mi ebbi a ammazzare, e ci divenni vecchio;*
*Ed ora in questa mia cadente etate,*
*Che frutto ne ho cavato? un odio nero.*
*Quell' altro gode i beni suoi paterni*
*Con somma pace, e l' amano i miei figli;*
*Me fuggono; a lui tutti i lor segreti*
*Confidano; con lui si stanno sempre,*
*Ed io mi trovo abbandonato, e solo:*
*A lui braman la vita, a me la morte.*
*Così in somma i miei figli, che con tanta*
*Fatica, e studio io mi allevai, con scarsa*
*Spesa si è fatti suoi il mio fratello:*
*Ed e' da lor ne ricava piacere,*
*Ed io tristezza. Or via dunque si provi,*
*Se con dolci parole, e con benigni*
*Fatti posso acquistar la grazia altrui;*
*Giacchè a far questo il mio fratel mi stimola.*
*Domando io ancor l' amor della mia gente,*
*E che da lor di me si faccia conto.*
*E se questo si ottien col far de' doni,*
*E coll' unirsi co' voleri altrui,*
*Io non sarò degli ultimi del certo.*
*Finiranno i quatrin; ma che m' importa,*
*Tanto più che ho già i piedi nella fossa?*

Ter. Adelph. Fig. XXIII.

Act. V. Scena IV. V

* *Syr.* HEus, Demea, rogat frater, ne abeas longius.
*Dem.* Quis homo? o Syre noster, salve: quid fit? quid agitur?
*Syr.* Recte. *Dem.* Optume est. jam nunc haec tria primum addidi
Praeter naturam: o noster: quid fit; quid agitur.
Servom haud inliberalem praebes te, & tibi
Lubens bene faxim. *Syr.* Gratiam habeo. *Dem.* Atqui Syre
Hoc verum est, & ipsa re experiere prope diem.

Siro, e Demea.

Sir. *O Demea, dal Fratel pregato sei*
*A non volerti discostar da casa.*
Dem. *Chi vuolmi? o nostro Siro, io ti saluto:*
*Che si fa? come stai?* Sir. *Bene.* Dem. *Contento*
*Sono di me, che contro mia natura*
*Ho insieme unite nel parlar tre cose:*
*O nostro? che si fa? come stai tu?*
*Siro tu sei un servitor dabbene,*
*E volentieri ti farò piacere.*
Sir. *Mille grazie ti rendo.* Dem. *Or or vedrai,*
*Che non ti burlo, e 'l mostreranno i fatti.*

## NOTAE

* In Codice Vaticano haec Scena non dividitur a praecedenti, cui praeponitur Tabula Demeam Syrumque exhibens: qui quidem Demea praeter morem Syro blanditur. In Codice quoque Vaticanae Basilicae nullum adparet divisionis vestigium. Sed quum nobis ex instituto heinsianae insistendum recensioni esset, in qua Scena haec dividitur in duas, eamdem Tabulam repetendam duximus, ne quid marte nostro effingeremus.

Act. V. Scena VI.

*Get.* HEra [1], ego huc ad hos proviſo, quam mox virginem
Accerſant. ſed eccum Demeam. ſalvos ſies.
*Dem.* Oh, qui vocare? *Get.* Geta. *Dem.* Geta, hominem maxumi
Pretii eſſe te, hodie judicavi animo meo:
Nam is mihi eſt profecto ſervus ſpectatus ſatis,
Cui dominus curae eſt, ita uti tibi ſenſi Geta:
Et tibi ob eam rem, ſi quid uſus venerit,
Lubens bene faxim. meditor eſſe affabilis,
Et bene procedit. *Get.* Bonus es, cum haec exiſtumas.
*Dem.* Paulatim plebem primulum facio meam.

VARIANTES LECTIONES

1 Hera ego hinc ad hos proviſam.

Geta, e Demea.

Get. *PAdrona, io me ne vo qua da coſtoro*
*Per ſaper, quando vogliano la ſpoſa.*
*Ed eccoti Demea. Io ti ſaluto.*
Dem. *Oh... come ti chiami?* Get. *Geta ſon detto.*
Dem. *Geta, ti ſtimo uom di molta vaglia,*
*Perchè ottimo è quel ſervo, al mio parere,*
*Che ſi prende penſier del ſuo padrone,*
*Come ho viſto, che tu te ne prendevi.*
*Però ſe potrò darti alcun ſollievo,*
*In caſo di biſogno a dirittura*
*Vieni da me. M' ingegno eſſer corteſe,*
*E ci rieſco.* Get. *E' tutta tua bontade*
*La ſtima, che di me tieni, o Demea.*
Dem. *Così bel bello la minuta plebbe*
*Comincio a cattivarmi, ed a far mia.*

Act. V. Scena VII.

*Aesc.* OCcidunt me equidem, dum nimi' sanctas nuptias
Student facere: in apparando [1] consumunt diem.
*Dem.* Quid agitur, Aeschine? *Aesc.* Hem pater mi, tu [2] hic eras?
*Dem.* Tuus hercle vero animo, & natura pater,
Qui te [a] plus quam oculos hosce. sed cur non domum
Uxorem [3] accersis? *Aesc.* Cupio: verum hoc mihi morae est,
Tibicina, & hymenaeum qui [4] cantent. *Dem.* Eho,
Vin' tu huic seni auscultare? *Aesc.* Quid? *Dem.* Missa haec face,
Hymenaeum, turbas, lampadas, tibicinas:
Atque hanc in horto maceriam jube dirui,
Quantum potest: hac transfer, unam fac domum:

Trans-

VARIANTES LECTIONES

a Qui te amat plus quam hosce oculos. *Sic etiam in altero Codice.*

1 in apparando totum consumunt diem. 2 tun'. 3 Uxorem, quaeso, accersis? 4 qui canat.

Eschino, Demea, Siro, e Geta.

Esc. M*I ammazzano per dio, mentre si affannano*
*Di far più sante, e belle le mie nozze:*
*Che nel solo ammannirle il dì trapassa.*
Dem. *Eschin, che fai?* Esc. *E qui stavi, mio padre?*
Dem. *Tuo padre al certo, padre per natura,*
*Padre di genio, e a cui molto più caro*
*Tu sei degli occhi suoi. Ma perchè ancora*
*Non chiami tu la sposa?* Esc. *Io ciò ben bramo:*
*Ma venuta non è la suonatrice,*
*Ne i cantatori del sagro Imeneo.*
Dem. *Odimi, vuoi tu fare a modo mio?*
Esc. *Che deggio far?* Dem. *Hai da lasciar da parte*
*E turbe, e lumi, e suoni, ed Imeneo,*
*E ordinar tanto sdrucio in questo muro*
*Dell' orto, quanto possa egli bastare*
*Per transito alla sposa; anzi per esso*

*Venga*

Transduce [a] & matrem, & familiam omnem ad nos. *Aesc.* Placet,
Pater lepidissime. *Dem.* Euge, jam lepidus vocor.
Fratri aedes fient perviae: turbam domum
Adducet, sumptum admittet: multa: quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam. jube nunc jam [b]
Dinumeret illi Babylo viginti minas.
Syre, cessas ire, ac facere? *Syr.* Quid ergo [1]? *Dem.* Dirue:
Tu illas, abi, & traduce. *Get.* Dii tibi, Demea,
Bene faxint, cum te video nostrae familiae
Tam ex animo factum velle. *Dem.* Dignos arbitror.
Tu quid ais [2]? *Aesc.* Sic opinor. *Dem.* Multo rectiu' est,
Quam illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam. *Aesc.* Nihil enim vidi melius mi pater.
*Dem.* Sic soleo: sed eccum Micio egreditur foras.

VARIANTES LECTIONES

a Traduce. b *Hic deficit Codex usq. ad finem Comoediae.*
1 Quid ago? 2 Quid tu agis?

*Venga sua madre, e tutta la famiglia;*
*E far ivi di due una sol casa.*
Esc. *Piacemi, padre mio piacevolissimo.*
Dem. *Oh bene: già piacevole son detto.*
*Di mio fratello a ciascheduno aperta*
*Sarà la casa, e sarà sempre piena*
*Mercè quest' apertura, e molte spese*
*Avrem di nuovo, ed altri molti danni:*
*Ma ciò che m' importa egli? In questa guisa*
*Io piaccio, e a questo penso. Or fà che sborsi*
*Babilone a colui ducento scudi.*
*E tu, Siro, non sei per anco andato*
*A far, quel che ti dissi?* Sir. *E che dicesti?*
Dem. *Và via, butta giù il muro, e a noi conduci*
*Le donne.* Get. *Il Ciel ti ajuti, o buon Demea,*
*Mentre guardi con occhio sì benigno*
*La nostra casa, e l' ami sì di cuore.*
Dem. *Ella ne ha tutto il merto. E tu che dici?*
Esc. *Son del tuo sentimento.* Dem. *E' meglio assai*
*Far, come ho detto: Ella è fresca del parto,*
*E condurla ammalata per la via*
*Le sarebbe di danno.* Esc. *Senza fallo;*
*Tu non potesti, dolce padre mio,*
*Pensarla meglio.* Dem. *Questo è il mio costume.*
*Ma veggio il mio fratello, che vien fuora.*

*Mic.* Jubet

Act. V. Scena VIII.

*Mic.* JUbet frater ? ubi is eſt ? tu jubes hoc Demea ?
*Dem.* Ego vero jubeo, & hac re, & aliis omnibus
Quam maxume unam facere nos hanc familiam,
Colere, adjuvare, adjungere. *Aeſc.* Ita quaeſo pater.
*Mic.* Haud aliter cenſeo. *Dem.* Immo hercle ita nobis decet.
Primum hujus uxoris eſt mater. *Mic.* Quid poſtea ?
*Dem.* Proba & modeſta. *Mic.* Ita ajunt. *Dem.* Natu grandior.
*Mic.* Scio. *Dem.* Parere jam diu haec per annos non poteſt:
Nec, qui eam reſpiciat, quiſquam eſt: ſola eſt. *Mic.* Quam hic rem agit?
*Dem.* Hanc te aequom eſt ducere; & te operam, ut fiat, dare.
*Mic.* Me ducere autem ? *Dem.* Te. *Mic.* Me? *Dem.* Te, inquam. *Mic.* Ineptis.
*Dem.* Si tu ſis homo,

Hic

Mizione, Demea, Eſchino.

Miz. *LO comanda il fratello? v' ſi trova egli?*
*Tu ciò Demea comandi?* Dem. *Certamente.*
*E vo' che in queſto, ed in ogni altra coſa*
*Facciam di tutte una ſola famiglia,*
*L' onoriamo, ajutiamo, e ſe ci è modo*
*Facciamcela con nuovi parentadi*
*Del tutto noſtra.* Eſc. *Ciò ſi faccia, o padre.*
Miz. *Non altrimente io penſo.* Dem. *Anzi ſi debbe*
*Ciò fare onninamente. Ella è la madre*
*Della ſpoſa del figlio.* Miz. *E ben per queſto?*
Dem. *Buona, e modeſta.* Miz. *Così dicon tutti.*
Dem. *Di qualche tempo.* Miz. *Sollo.* Dem. *E per l'etade*
*Non può più partorire: è ſenza alcuno,*
*Che la riguardi, e badi a' ſuoi intereſſi:*
*In ſomma è ſola.* Miz. *E che ſi vuol coſtui?*
Dem. *Or con eſſa è dover che tu ti ammogli;*
*E che tu cel conſigli, e ce lo ſpinga.*
Miz. *Che io pigli moglie!* Dem. *Tu.* Miz. *Io ne?*
Dem. *Te dico.*
Miz. *Tu cominci a impazzire.* Dem. *Se tu ſei*
*Un uom di ſenno, abbraccia l' impreſa.*

Eſc. *Mio*

Hic faciat. *Aesc.* Mi pater. *Mic.* Quid [1]? tu autem huic asine auscultas? *Dem.* Nihil agis:

Fieri aliter non potest. *Mic.* Deliras. *Aesc.* Sine te exorem, mi pater.

*Mic.* Insanis [2]? aufer. *Dem.* Age, da veniam filio. *Mic.* Sati' sanus es?

Ego novus maritus anno demum quinto & sexagesimo

Fiam, atque anum decrepitam ducam? id ne estis auctores mihi?

*Aesc.* Fac: promisi ego illis. *Mic.* Promisti autem? de te largitor puer.

*Dem.* Age, quid, si quid te majus oret? *Mic.* Quasi non hoc sit maxumum.

*Dem.* Da veniam. *Aesc.* Ne gravere. *Dem.* Fac, promitte. *Mic.* Non omittis [3]?

*Aesc.* Nisi te exorem. *Mic.* Vis haec quidem est. *Dem.* Age, age, prolixe Micio.

*Mic.* Etsi hoc [4] pravom, ineptum, absurdum, atque alienum a vita mea

Videtur; si vos tantopere istuc voltis, fiat. *Aesc.* Bene facis:

Merito te amo. *Dem.* Verum quid? quid ego dicam? hoc confit quod volo.

Quid nunc quod restat? Hegio cognatus his est proxumus,

Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.

*Mic.* Quid facere? *Dem.* Agelli est hic sub urbe paulum, quod locitas foras:

Huic demus, qui fruatur. *Mic.* Paulum id autem? *Dem.* Si multum fiet,

Faciundum est: pro patre huic est, bonus est, noster est; recte datur.

Postremo non meum illud verbum facio, quod tu Micio

Bene,

VARIANTES LECTIONES

1 Quid tu huic, asine, auscultas? 2 *Mic.* Insanis. *Dem.* Age: da veniam, quaeso, filio.
3 Non omittitis? — *Aesc.* Non, nisi te exorem. 4 *Mic.* Etsi hoc mihi pravum.

Esc. *Mio padre?* Miz. *E che ci è egli? ancor tu forse,*
*Asin che sei, porgi l'orecchio a' detti*
*Di costui?* Dem. *Non fai nulla: in modo alcuno*
*Non puoi fuggir tal moglie.* Miz. *Tu deliri.*
Esc. *Lascia, mio padre, che io impetri tal grazia.*
Miz. *Tu impazzisci! và via.* Dem. *Perdona al figlio.*
Miz. *Sei savio, o no? di sessanta cinque anni*
*Sarò sposo novello, e condurrommi*
*Una vecchia decrepita per moglie?*
*E farò questo per vostro consiglio?*
Esc. *Fallo, ch' io l' ho promesso.* Miz. *L' hai promesso?*
*Di te disponi, e non di me, fraschetta.*
Dem. *Oh via che mai faresti, se chiedesse*
*Da te cosa, che fosse assai più grave?*
Miz. *Quasi questa non sia molesta al sommo.*
Dem. *Deh gli perdona.* Esc. *Ah non averlo a male.*
Dem. *Fallo, prometti.* Miz. *E non mi lasci ancora?*
Esc. *Nò: finchè non l' impetro.* Miz. *Oh questa*

Dem. *No, Mizion, lo dei far liberamente.*
Miz. *Or sebben questa è cosa prava, e sciocca,*
*Stravagante, e lontana mille miglia*
*Dalla mia vita, e dal mio naturale,*
*Se lo volete voi con tanta instanza,*
*Si faccia.* Esc. *Oh bene: a ragion ti amo, o padre.*
Dem. *Or questo è fatto. Andiam pensando al resto.*
*Parente stretto Egion è di costoro,*
*E nostro affine, e povertà lo preme;*
*E' dover, che facciamgli qualche bene.*
Miz. *E che gli vogliam fare?* Dem. *Evvi qui fuora*
*Della Cittade un palmo di terreno,*
*Che tu suoli affittar, diamolo a lui,*
*Perchè sel goda.* Miz. *Un palmo di terreno!*
Dem. *Sia cento canne ancora, e' l' ha d' avere.*
*Egli a costei in luogo sta di padre,*
*E' buono, ed è de' nostri: e gli sta bene.*
*E poi non faccio mia quella parola,*
*Che poco fa, Mizione, tu dicesti*

*E bene*

Bene, & ſapienter dixti dudum: vitium commune omnium eſt,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc maculam nos decet
Effugere. dictum eſt vere, & re ipſa fieri oportet, Micio.
*Mic.* Quid iſtic? dabitur [1], quandoquidem hic volt. *Aeſc.* Mi pater.
*Dem.* Nunc tu mihi germanus es pariter corpore & animo. *Mic.* Gaudeo.
*Dem.* Suo ſibi gladio hunc jugulo.

VARIANTES LECTIONES

1 dabitur quidem, quando hic vult.

*E bene, e ſaggiamente, che de' vecchi*
*Il comun vizio egli è il tirarla troppo,*
*Or dobbiamo fuggir sì brutta macchia*
*In ogni modo. Tal proverbio è vero,*
*Ma noi co' fatti l' abbiamo a ſmentire.*
Miz. *Che tante coſe? noi glielo daremo,*
*Già che Eſchino lo vuole.* Eſc. *O Padre mio.*
Dem. *Or sì, che veramente tu mi ſei*
*Vero fratello, e di animo, e di corpo.*
Miz. *Ne ho piacere.* Dem *Col ſuo proprio coltello*
*Paſſo a coſtui la gola.*

Dom. Miſeroni ſculp.

Syr. Factum

*Act. V. Scena IX.*

*Syr.* FActum est, quod justi, Demea.
*Dem.* Frugi homo es. ego aedepol hodie mea quidem sententia
Judico, Syrum fieri aequom liberum. *Mic.* Istunc liberum?
Quodnam ob factum? *Dem.* Multa. *Syr.* O noster Demea, aedepol vir bonu' es.
Ego istos vobis usque a pueris curavi ambos sedulo,
Docui, monui, bene praecepi semper, quae potui omnia.
*Dem.* Res apparet: & quidem porro, obsonare, cum fide
Scortum adducere, apparare de die convivium:
Non mediocris hominis haec sunt officia. *Syr.* Oh lepidum caput.
*Dem.* Postremo hodie in Psaltria ista emunda hic adjutor fuit;
Hic curavit: prodesse aequom est: alii meliores erunt:

Deni-

Siro, Demea, Mizione, Eschino.

Sir. E'*Fatto tutto*
*Quel che da te, Demea, fu comandato.*
Dem. *Un uomo sei di vaglia: e in questo giorno*
*Lo dobbiamo far libero.* Miz. *Costui*
*Libero! e per qual fatto?* Dem. *Per moltissimi.*
Sir. *Per Ercole, Demea, quanto sei buono!*
*Questi tuoi figli insino da bambini*
*Curai con diligenza: insegnai loro,*
*Diedi precetti, e diedi avvertimenti*
*Per ogni cosa, conforme potei.*
Dem. *Ne comparisce il frutto: Ed oltre a questo*
*Tu loro insegnato hai, come han da spendere,*
*Come con fedeltà menarsi in casa*
*L'amiche, e preparar fuora di tempo*
*I conviti. Non son mica da tutti*
*Sì belli insegnamenti.* Sir. *O Vecchio caro.*
Dem. *Ed oggi finalmente ha dato mano*
*Alla compra di questa Cantatrice,*
*Ed egli avuto ne ha tutto il pensiero:*
*Onde gli abbiam a far così bel dono,*
*Che sia cagion di migliorarsi agli altri,*



*Tanto*

Denique hic volt fieri. *Mic.* Vin' tu hoc fieri? *Aesc.* Cupio. *Mic.* Siquidem
Tu vis; Syre, eho accede huc ad me, liber esto. *
*Syr.* Bene facis.
Omnibu' gratiam habeo, & seorsum tibi praeterea Demea.
*Dem.* Gaudeo. *Aesc.* Et ego. *Syr.* Credo: utinam hoc perpetuum fiat gaudium, ut
Phrygiam uxorem meam una mecum videam liberam. *Dem.* Optumam
Mulie-

*Tanto più che il nostro Eschino lo vuole.*
Miz. *Veramente vuoi tu, che ciò succeda?*
Esc. *Sì che io lo bramo, o padre.* Miz. *Se ciò vuoi;*
*Accostati a me, Siro; Ti fo libero.*
Sir. *Fai bene: e rendo grazie a ciascheduno*
*Di un tal favor: Ma te ringrazio a parte,*
*Demea.* Dem. *Ne godo assai.* Esc. *Io pur ne godo.*
Sir. *Lo credo: ma vorrei, che un tal piacere*
*Manchevol non mi fosse in parte alcuna;*
*Però ti prego a far, che meco ancora*
*Libera vada Frigia mia Consorte.*
Dem. *Otti-*

## N O T AE

Quandoquidem de Syro libertate donato sermo hic occurrit, operae pretium esse arbitror, nonnulla de servorum manumissionis speciebus, ritibusque delibare, ne quis in eum incidat errorem, in quem prolapsus ipse vix non sum, opinans Act. I. Sc. I. hujusce Comoediae agi de manumissione, quum ibi Aeschinus assertorem se libertatis Psaltriae esse velle, dumtaxat minitetur.

In comperto est, a manu mitti idem esse, ac libertate donari: manum enim a Juris peritis, oratoribus, poetisque pro potestate usurpari nemo ullus ignorat. Manumissio autem alia solennis, justa, & legitima erat; alia injusta, seu minus solennis. Solennis, & legitima *Censu*, *testamento*, vel *vindicta* absolvebatur: minus autem solennis, quae *injusta* quoque dici solebat, *per epistolam*, *per convivium*, *inter amicos*, domique peragebatur: atque huc fortasse spectant illa Ciceronis in Topicis *Si neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est, non est liber; neque est ulla earum rerum; non est igitur liber*: servus enim, qui minus solenni forma fuerat manumissus, dato poenitentiae loco retrahi a domino in servitutem poterat.

Primis Romanae Urbis temporibus libertas, quam manumissi servi consequebantur, simplex erat, nec ab ea diversa, qua manumissor potiebatur; quamvis manumissus *Libertus*, & *Libertinus*, manumissor autem *ingenuus* appellaretur teste Justiniano §. 3. *Instit. de Libertinis*: *A primis Urbis Romae incunabulis una atque simplex libertas competebat, idest eadem, quam habebat manumissor; nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit.*

Censu fiebat manumissio, quum servi nomen, aetas, officium, & artificium in Libros Censuum referrentur ex lege 4. §. 5. *ff. de Censibus*: *In servis deferendis observandum est, ut & rationes eorum, & aetates, & officia, & artificio specialiter deferantur*: in Censum enim non nisi liberi referebantur, ut animadvertit Boetius in laudata Ciceronis verba ⁓ *Censebantur antiquitus soli cives romani. Si quis ergo consentiente, vel jubente domino, nomen detulisset in Censum, Civis Romanus fiebat, & servitutis vinculo solvebatur: atque hoc erat censu fieri liberum, per consensum domini nomen in censum deferre, & effici civem romanum.*

Manumissionem *ex testamento* antiquissimam esse, & lege XII. Tabularum confirmatam, docet Ulpianus *Fragm. tit.* 1. §. 9. *Ut testamento liberi sint, lex XII. Tabularum facit, quae confirmat, quod datum legatum est.*

Manumissio *ex vindicta* sive dicta fuerit a Vindicio Vitelliorum Servo, cui dominorum conjuratione de revocandis Romam regibus ad Consules delata *praemium pecunia ex aerario, libertas, & civitas data est, primumque vindicta liberatus* teste Livio *lib. II. cap. V.*, sive a virgula, quam Lictor manumittendi capiti imponebat juxta Boetium loco citato, nostra minime interest investigare: satis enim longa, ac diuturna inter Jurisconsultos, aliosque eruditos viros est quaestio. Ritus tamen praestat referre, qui hac occasione servabantur, & eos quidem ex Wilhelmi Loonii Dissertatione *de Servorum manumissione*.

Servus raso capite ad Praetorem deducebatur, deducti caput aut aliud dextera manu membrum tenente domino, qui eum in gyrum circumagebat, faciemque alapa percutiebat juxta ea, quae notat Cornutus in Persii Sat. V. vers. 75.

*Heu steriles veri, quibus una Quiritem*
*Vertigo facit*: & vers. 78.
*Verterit hunc dominus, momento turbinis exit*
*Marcus Dama.*

Inquit enim: *Quos manumittebant, eos alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant*: quod quidem sequenti formula conficiebatur: HUNC HOMINEM LIBERUM ESSE VOLO. Tum Praetor vindicta ejus capiti imposita, qua mox ter aut quater a Lictore percutiebatur juxta Horatium Sat. Lib. II. Sat. VII.

*Quem ter vindicta quaterque*
*Imposita haud umquam misera formidine privet;*

hanc formulam pronunciabat AJO TE LIBERUM MORE QUIRITUM.

„ *His peractis*, inquit Loonius, Servus ad Feroniae tem-
„ plum deducebatur, ibique Pileum accipiebat. Servius ad illud
„ Virgilii Aeneid. lib. VIII.
„ *Nascenti cui tres animas Feronia mater*
„ *Horrendum dictu! dederat;*
„ *Feronia mater*, ait, *nimpha Campaniae .... etiam Li-*
„ *bertorum Dea est, in cujus templo raso capite Pileum acci-*
„ *piebant ... In hujus templo Tarracinae sedile lapideum fuit,*
„ *in quo hic versus incisus erat*: BENEMERITI. SERVI. SEDEANT.
„ SURGENT. LIBERI. *Cum autem pileum acciperent, nixi genubus*
„ *sedebant, ut docet effigies servi raso capite in genubus seden-*
„ *tis, pileumque capientis apud Pierium Hieroglyphicorum lib. XL.*
„ Simul atque hujusmodi manumissio peracta esset, nomen
„ manumissi in acta referebatur, adjecta manumissionis causa:
„ Terentius in Adelph. Act. V.
„ *Ego aedepol hodie mea quidem sententia*
„ *Judico Syrum fieri, esse aequum, liberum.*

Sed eruditissimi viri pace dictum sit; quamvis in manumissione, quae *Vindicta* fiebat, eratque solennis & legitima, in Census regesto exprimi ejus faciendae caussae solerent; si tamen minus solennis foret, cujusmodi Syri manumissio [illegible]ciabitur nemo; caussam manumittens adferre minime tenebatur

Pileum a Servis libertate donatis assumi consuevisse, testatur ea Plauti in *Amphit. Act.* 1. *Sc.* 1.

*Quod ille faciat Jupiter,*
*Ut hic ego hodie raso capite calvus capiam Pileum.*

Praeterea de nummo, quem, Caesare interfecto, Cassius &

Mulierem quidem. *Syr.* Et quidem nepoti tuo hujus filio
Hodie primam mammam dedit haec. *Dem.* Hercle vero serio:
Siquidem primam dedit, haud dubium quin emitti aequom siet.
*Mic.* Ob eam rem? *Dem.* Ob eam. postremo a me argentum, quanti est, sumito.
*Syr.* Dii tibi, Demea, omnes semper omnia optata adferant.
*Mic.* Syre, processisti hodie pulchre. *Dem.* Siquidem porro, Micio,
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paulum prae manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi cito. *Mic.* Istoc vilius.
*Aesc.* Frugi homo est. *Syr.* Reddam hercle: da modo. *Aesc.* Age pater.
*Mic.* Post consulam.

*Dem.* Faciet

Dem. *Ottima donna al certo.* Sir. *E al tuo nipote,*
*E figliuolo di questi, oggi ella ha dato*
*Il primo latte.* Dem. *Oh cappita, se egli ebbe*
*Da essa il primo latte, non vi è dubbio,*
*Che si abbia da far libera.* Miz. *Per questa*
*Sì lieve cosa?* Dem. *Sì per questa: in fine*
*Se ci hai difficoltà, ti sborso adesso*
*Quel denaro, che vale.* Sir. *I sommi Dei*
*Ti mandino quel bene, che io ti bramo.*
Miz. *Siro, oggi hai fatto un ottimo negozio.*
Dem. *E certamente, senza dir bugie,*
*Compirai, Mizione, a' tuoi doveri,*
*Se gli darai qualche cosetta avanti*
*In prestito però: ch' egli è persona*
*Da non mancarti.* Miz. *Io dare a lui denaro?*
*E' ne pure un quatrin mi renderebbe.*
Dem. *Non è così, ch' egli è ben regolato.*
Sir. *Dammelo pur, che tel ritorno al certo.*
Esc. *Sì padre mio.* Miz. *Voglio dormirci sopra.*

Dem. *Eh*

## N O T A E

tus cudi curarunt duos exhibentem gladios, pileumque in medio, haec cecinit Alciatus *Emblem CL.*

*Caesaris exitio, ceu libertate recepta,*
*Haec ducibus Brutis cusa moneta fuit:*
*Ensiculi in primis, queis Pileus insuper adstat,*
*Qualem missa manu servitia accipiunt.*

Neronis quoque post mortem Populum Romanum, quasi servitute liberatum, discurrisse pileatum, testantur historici: quare idem omnino erat *ad pileum vocare*, & libertate donare.

Sed ad minus solennes manumissionis species progrediamur tandem aliquando, quae *per epistolam*, *inter amicos*, vel *per convivium*, domique fiebant; eaeque quum non justam libertatem conferrent, Servus manumissus revocari in servitutem a domino poterat, & latinus quidem, non romanus civis reddebatur.

*Per epistolam* manumissus dicebatur Servus, si quando eum dominus sua epistola liberum declararet: hic autem modus fraudes facillime quum posset inducere, posteriori tempore Justinianus Imperator *leg. unic. §. 1. C. de libert. lat. toll.* sancivit, quinque testium subscriptionem & signa esse adhibenda: *sancimus itaque, si quis per epistolam servum suum in libertatem perducere voluerit, licere ei hoc facere quinque testibus adhibitis, qui post ejus literas sive in subscriptione positas, sive per totum textum effusas, suas literas subponentes, fidem perpetuam possint chartulae praebere.*

Hujusmodi vero lege testium numerum definitum fuisse censeo, qui fortasse ante Justiniani aevum nulla lege fuerat praescriptus; testes enim in privatis manumissionibus adhibitos fuisse, probant illa Martialis lib. IX. Epigr. LXXXVIII.

*Affers nescio quas mihi tabellas,*
*Et dicis, modo liberum esse jussi*
*Hessam: Servulus est mihi paternus: signa.*

Primis Romanae Reipublicae temporibus qui essent ritus in servorum manumissione, quae *inter amicos* dicitur, nullibi hucusque datum est adinvenire. Credibile tamen est, in ea quoque nonnullos adhibitos fuisse testes, quorum numerum idem praescripsit Justinianus loc. cit. §. 2. *Et siquis inter amicos manumittere, & libertatem servo suo dare maluerit; licebit ei similiter quinque testibus adhibitis, suam explanare voluntatem; & quod liberum eum esse voluerit, dicere.*

Manumittebatur quoque Servus *per convivium*, si quando scilicet eidem accumbentem mensae, cibumque capientem dominus dandae libertatis caussa convivio se adhibere profiteretur: quod indicat Theophilus a Loonio relatus: quamvis Loonium falli in eo plurimum putem, quod credat huc spectare illa Ovidii carmina Amor. lib. I. Eleg. VI.

*Excute post seram:*
*Excute, sic umquam longa relevere catena:*
*Nec tibi perpetuo serva bibetur aqua.*

Non inficior *servam aquam* eam dictam, quae a servis biberetur, *liberam*, quae a manumisso, *coenamque liberam*, in qua servus libertate donaretur. At, ni fallor, laudata Ovidii carmina non ad servum, sed ad carceri mancipatum pertinent, quod indicant verba illa *Excute seram: Longa relevere catena.*

Sed cum postremae hujusmodi manumissionis species minus solennes essent, injustaeque vocarentur, ut superius innuimus; servi sic manumissi perpetua libertate minime gaudebant, si eos domini poenitentia, vel alia ducti caussa in servitutem retraherent: quod Syrus noster innuere videtur illis verbis:

*Utinam hoc perpetuum fiat gaudium*; & clarius eruitur ex Plauto in *Menod. Act. V. Sc. IX. vers.* 88. ubi servus manumissus ait:

*Sed meliore opus est auspicio, liber perpetuo ut siem.*

Atque haec quidem fuit illorum conditio servorum, qui *inter amicos* libertate donabantur Plauti, Terentiique aetate. Nam anno ab Urbe condita DCCLXXI. M. Junius Silanus Cos. eos veram Latinorum libertatem habere sua lege voluit teste Ulpiano *in Fragm. Tit. 1. §. 10. Hodie autem ipso jure liberi sunt ex Lege Junia; qua lege latini sunt nominati inter amicos manumissi.*

*Dem.* Faciet. *Syr.* O vir optime. *Aesc.* O pater mi festivissime.
*Mic.* Quid istuc? quae res tam repente mores mutavit tuos?
Quod proluvium? quae istaec subita est largitas? *Dem.* Dicam tibi:
Ut id ostenderem, quod te isti facilem, & festivum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex aequo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo, Micio.
Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita invisa est, Aeschine,
Quia non justa injusta prorsus omnia omnino obsequor;
Missa facio: effundite, emite, facite, quod vobis lubet;
Sed si id voltis potius, quae vos propter adolescentiam
Minu' videtis, magis impense cupitis, consulitis parum,
Haec reprehendere, & corrigere me, obsecundare in loco;
Ecce me, qui id faciam vobis. *Aesc.* Tibi, pater, permittimus:
Plus scis, quid facto opus est. sed de fratre quid fiet? *Dem.* Sino
Habeat. finem in istac faciat. *Mic.* Istuc recte. Plaudite.

Dem. *Eh via che tel darà.* Sir. *Demea carissimo.*
Esc. *O mio padre piacevole in estremo.*
Miz. *Che domine è mai questo? e d' onde mai*
*Nato è così improvviso cangiamento*
*In te, Demea? e d' onde ti è venuto*
*Sì insolito prurito di esser largo,*
*Anzi scialacquator de' beni tuoi?*
Dem. *Io tel dirò. Mi son così mutato,*
*Per dimostrar, che il plauso, che ti fanno*
*Tutti costoro, e il nome di cortese,*
*E di facil, non nasce in modo alcuno*
*Dalla schietta, e lodevole tua vita*
*Regolata dal giusto, e dall' onesto;*
*Ma sol dall' adulare, e chiuder gli occhi*
*Su' falli altrui, e su il gettare il suo.*
*Però se adesso il mio viver è ingrato,*
*Eschino, perchè mai non posso indurmi*
*A secondarvi ne' vostri voleri*
*O giusti, o ingiusti; io muterò costumi,*
*E lascerovvi far ciò, che vi piace;*
*E buttate pur via, che non m' importa.*
*Ma se per sorte egli vi fosse a grado*
*Di esser ripresi, e di essere corretti*
*Di quelle cose, che voi non vedete,*
*Ne potete veder di cotesti anni*
*Pieni di voglie, e scarsi di consiglio,*
*E voleste aver un, che a tempo, e luogo*
*Vi resistesse, ovver vi secondasse;*
*Eccomi pronto a farlo.* Miz. *E noi, buon padre,*
*Ti accettiamo per tale, ogni qual volta*
*Quel che bisogni a noi, sai più di noi.*
*Ma che sarà di mio fratel?* Dem. *Si tenga*
*Colei, ma in lei finisca.* Miz. *E con ragione*
*Ciò chiedi. E voi cortesi fate plauso.*

Fine degli Adelfi.

# P. TERENTII
# PHORMIO

ACTA . LVDIS . ROMANIS [a]
L. POSTHVMIO . ALBINO . L. CORNELIO . MERVLA
AEDILIBVS . CVRVLIBVS
EGERE
L. AMBIVIVS . TVRPIO . L. ATILIVS . PRAENESTINVS
MODOS . FECIT . FLACCVS . CLAVDII
TIBIIS . IMPARIBVS
TOTA . GRAECA . APOLLODORV . EPIDICAZOMENOS
FACTA . IV
C. FANNIO [1] . M. VALERIO . COSS. *

VARIANTES LECTIONES

a ACTA LUDIS MEGALENSIB. Q. CASPIONE GN. SERVILIO COSS. GRAECA APOLLODORU EPIDICAZOMENOS FACTA EST IIII.
1 GN. FANNIO.

* Ex hac epigraphe, & variantibus Lectionibus nostri Vaticani Codicis n. 3226. facili negocio deduci posse arbitror, hanc omoediam actam pluries fuisse: quod etiam indicat diversitas Ludorum, quibus acta dicitur. Romani siquidem Septembri mense celebrabantur, dicatique erant Jovi, Junoni, & Minervae; Megalenses vero mense Aprili, magnaeque Deorum matri Cybele nuncupabantur; de quibus fusius egimus in Praefatione. Constans apud eruditos est, actam fuisse Quartum; *quarto* enim perperam a nonnullis legi existimo. Affirmare tamen non ausim, anno eodem fuisse quartum in theatrum inductam; licet non levis conjectura, diversis annis repetitam fuisse, inde sumatur, quod romani ludi prius enuncientur: nam inde sequitur non potuisse anno eodem induci; Magalenses enim ludos sequenti Aprili mense celebrari oportuit. Evincendum quoque foret, Posthumii Albini, Merulaeque Aedilitatem cum C. Fannii, & Valerii Consulatu convenisse; cui quidem Provinciae sustinendae imparem me omnino sentio. Hoc unum addam, auctores nobis esse Daceriam, Juvencium, Farnabium, aliosque quamplures, Fannii, Valeriique Consulatum in annum incidisse ab U. C. DXCI. ante C. N. CLXIII., eodemque anno Eunuchum quoque actam fuisse. Videat itaque, rogo, benevolus Lector, quae illic de his statuendis chronologicis notis animadverti.

PERSO-

| PERSONAE. | PERSONAGGI. |
| --- | --- |
| PROLOGUS. | PROLOGO. |
| PHORMIO Parasitus. | FORMIONE Parasito. |
| DEMIPHO Senex. | DEMIFONE Vecchio. |
| ANTIPHO Adolescens. | ANTIFONE Giovane. |
| GETA Servus. | GETA Servo. |
| DORIO Leno. | DORIO Mezzano. |
| CHREMES Senex. | CREMETE Vecchio. |
| PHAEDRIA Adolescens. | FEDRIA Giovane. |
| DAVUS Servus. | DAVO Servo. |
| SOPHRONA Nutrix. | SOFRONA Nutrice. |
| NAUSISTRATA Matrona. | NAUSISTRATA Matrona. |
| HEGIO ) | EGIONE ) |
| CRATINUS } Advocati. | CRATINO ) Avvocati |
| CRITO ) | CRITONE ) |

| *Personae mutae.* | *Personaggi, che non parlano* |
| --- | --- |
| DORCIUM Ancilla. | DORCIO Serva. |
| PHANIUM Adolescens. | FANIO Giovane. |

# EXPOSITIO NOMINUM

# INTERLOQUUTORUM, ET PERSONARUM.

PHORMIO Paraſitus ἀπὸ τῶν φορμῶν a ſparteis, fiſcis, & ſtramentis nauticis.

DEMIPHO Senex δήμου φῶς, populi claritas.

ANTIPHO Adoleſcens ἀπὸ τοῦ ἀντί, καὶ φῶς lumen contra afferens.

GETA Servus, gentile a Getis, qui poſtea Gothi.

DORIO ἀπο τοῦ δώρου a munere, dono.

CHREMES Senex vel a χρεμήτεσθαι, quod eſt enixe expuere: vel potius a χρεμετίζω hinnio, quod eſt proprium vocis equorum. Athenienſes enim equis alendis delectabantur.

PHAEDRIA Adoleſcens ἀπο τοῦ φαιδροῦ ab hilaritate ſic appellatus.

DAVUS Servus nomen gentile a Δαοῖς gente ſervili.

SOPHRONA Nutrix ἀπὸ τοῦ σώφρονος caſta, & proba.

NAUSISTRATA Matrona, nomen magnificum ductum a copiis navalibus.

CRATINUS a κράτος robur, ut a *Valens* Valentinus.

HEGIO Advocatus ἀπὸ τοῦ ἡγεῖσθαι a ductu, ſeu principatu.

CRITO Advocatus ἀπὸ τοῦ κριτοῦ.

# ARGUMENTUM
## C. SULPICIO APOLLINARI
### *AUCTORE.*

CHremetis frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes [a] clam habebat Lemni uxorem & filiam,
Athenis aliam conjugem, & amantem unice [b]
Gnatum Fidicinam. mater e Lemno advenit
Athenas; moritur. virgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat: ibi jam visam [c] Antiphō
Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
Pater, & Chremes reversi fremere. dein minas
Triginta dant parasito, ut illam conjugem
Haberet ipse: argento hoc emitur Fidicina.
Uxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

VARIANTES LECTIONES

a clam. *Deest in Codice.* b unicum Gnatum. c eam visam. *In utroque Codice.*

# ARGOMENTO.

*DEmifone fratello di Cremete*
*Intraprese un viaggio, ed Antifone*
*Unico figlio suo lasciò in Atene.*
*Cremete aveva in Lemno di nascosto*
*E moglie, e figlia; ed in Atene ancora*
*Aveva un' altra moglie, ed un figliuolo*
*Innamorato d' una Cantatrice.*
*Venne in Atene la moglie di Lemno,*
*E quivi si morìo. La vergin sola,*
*Poichè non tornato anco era Cremete*
*Attese a' funerali della madre.*
*In questo mentre la vede Antifone,*
*E di lei s' innamora, e se la prende*
*Per moglie coll' arte di Formione*
*Parasito. Ritornano di fuora*
*Cremete, e Demifone, e avvampan d' ira*
*Saputo questo fatto; e trenta mine*
*Danno al Mezzan, perchè con lei s' ammogli.*
*Con queste comprata è la Cantatrice.*
*E per moglie Antifone si ritiene*
*La figlia di Cremete finalmente*
*Per tal riconosciuta da suo padre.*

La Scena si rappresenta in Atene.

PROLOGUS

*

Ostquam Poeta vetus Poetam non potest
Retrahere a studio, & transdere [a] hominem in otium;
Maledictis deterrere, ne scribat, parat.
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui esse oratione, & scriptura levi;
Quia nusquam scripsit insanum [b] adolescentulum
Cervam videre fugere, & sectari canes,

Et

VARIANTES LECTIONES

a & tradere. *In utroque Codice.* b nusquam insanum scripsit.

*Poichè al vecchio Poeta non riesce*
*Ritrar Terenzio a forza da' suoi studj,*
*Ed obbligarlo in fine a starsi in ozio;*
*Ricorre alle calunnie; onde per esse*
*Atterrito lo scrivere abbandoni:*
*E dice, che da lui le fatte favole*

*Infino a qui son di debole stile,*
*E d' una frase troppo familiare;*
*Perchè egli non ha mai descritto in loro*
*Un Giovan visionario, che abbia vista*
*Inseguita da' Cani una Cervetta,*
*Che si fuggiva, e che spargea gran pianto,*

*E lui*

NOTAE

* Terpsichores, quae columellae innitens, duas manibus tenet Tibias juxta illud

* *Suavis tibi tradita Tibia fertur Terpsichore*

ectypon ex nitidissima Musaei Capitolini Statua hic exprimendum curavimus: occasionemque praebet nonnulla de Tibiarum discrimine, & usu differendi, quum praesertim adhibitas eas Terentianis in Comoediis fuisse, ex singularum Epigraphe constet.

Tibiarum auctorem Hyagnim fuisse, coniiciunt Bartolinius, aliique quamplures ex iis, quae Apuleius Florid. Lib. 1. narrat: *Primus Hyagnis in canendo manus discapedinavit: primus laevis & dextris foraminibus, acuto tinnitu, gravibombo concentum musicum miscuit.* At si meam mihi proferre sententiam licet, hinc argui opinor, Hyagnim inventis jampridem a Pastoribus, atque equidem fortuito casu, tibiis foramina unum, vel plura addidisse,



atque

Et eam plorare, orare ut subveniat sibi.
Quod si intellegeret, olim quum stetit nova,
Actoris opera magis stetisse, quam sua;
Minu multo audacter, quam laedit, laederet:
Et magi placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc siquis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,

Vetu

*E lui pregava, che le desse aita.*
*Perchè s' egli sapesse, allorchè nuova*
*Questa Comedia sua comparve in scena,*
*Ch' ella si resse più per la destrezza*
*De' recitanti, che pel suo valore;*
*In offender sarebbe certamente*
*Di quel che or è, meno sfrontato assai;*
*E le favole sue sarian piaciute*
*Più che or non sono. Or se si trova alcuno*
*Che così dica, e pensi: se quel vecchio*

*Poeta*

## N O T AE

atque ea laeva, & dextra; unde dextras, sinistrasque tibias dictas fuisse arbitror: primis enim temporibus foramina nulla fuisse, quamplurimae docent Tabulae a Bartholinio relatae, ac praesertim pagg. 190. 192. 194. 195. 221. 227. 232. 246. 249. Sic etiam Tibiae, quas exhibent Ficoronii Tabulae II. & III. in Dissertatione *de Larvis Scenicis*, nullum habent foramen. Unicum postmodum additum, parvumque auctor nobis est Horatius de Arte poet. vers. 202.

*Tibia non ut nunc orichalco vincta, tubaeque*
*Aemula, sed tenuis, simplexque, foramine parvo*
*Aspirare, & adesse choris erat utilis.*

Ovidius quoque Fast. VI. ver. *697.*

*Prima terebrato per rara foramina buxo,*
*Ut daret, effeci, Tibia longa sonos.*

Hyagnim itaque, vel alterum quempiam plura addidisse foramina credibile est. Bartholinius ectypon Tibiae refert, in qua innumerabilia fere sunt; Sed quae moderandae voci apta minime fuisse censeo: nullo enim pacto Tibicen, si decem habuisset manus, comprimere ea potuisset, ut aliis obturatis, apertis aliis concentum musicum moderaretur.

Servius in illud Virgilii Aeneidos Lib. IX.

*O verae phrygiae (neque enim phryges) ite per alta*
*Dindyma, ubi assuetis biforem dat Tibia cantum;*

*biforem*, inquit, *bisonum*, *imparem*: quod ego quidem ita intelligendum puto; scilicet biforem eam nuncupari Tibiam, quae duobus distinguitur foraminibus: quae clausa ambo digito si fuerint, gravis, si unum tantum, acutus eliciatur sonus: adeoque biforem illa, bisonum, imparemque sonum reddere dicatur apud Bartholinium *Tom. I. pag. 7.*

Porro Tibiae, quas Capitolina manu tenet Terpsichores, sex distinguitur foraminibus, septem vero, quae in saepius laudato a nobis Sarcophago Matthaejano; per quae gradus septem, seu ut alii vocant, Musices *tonos* reprehesentari existimo: per septenarium siquidem numerum perfectionem in arte musica indicari auctores nobis sunt Boetius, Donius, Kirkerius, aliique, qui musiurgiam illustrarunt.

At notandum est, Tibias, quae in matthaejano visuntur sarcophago, foramina habere prominentia. Sunt qui putant, hidraulicas eas fuisse; quod tamen quum persuadere mihi nunc nesciam, rationes, quibus illi suam sententiam firmant, propediem publici juris faciendas, anxius praestolor. Exemplum in sequenti initiali Litera pag. 95. exhibendum fategi. penes eruditos esto judicium.

Praeterea duae, atque etiam plures Tibiae ita aliquando etiam sine folle, sed lingula quadam conjungebantur, ut una prehenderentur manu: quod videre est in jam laudatis Ficoronii Tabulis, apud Bartholinium, & in nitidissima anulari Gemma apud Cl. Ballerinium, cujus ectypon diligenti elaboratum arte publici juris fecimus in Prologo Andriae Tom. I. pag. 7.

„ Comoediae agebantur, ait Donatus *Fragment. de Comoed.*
„ *& Tragoed.* Tibiis paribus, aut imparibus, & dextris, aut si-
„ nistris. Dexterae autem, & Lidiae sua gravitate seriam Comoe-
„ diae dictionem pronunciabant: Sinistrae, & Serranae acuminis
„ levitate jocum in Comoedia indicabant. Ubi autem dextra &
„ sinistra acta fabula inscribebatur, mixtim joci, & gravitates
„ denunciabantur. „

Ex his, quae innuimus Tom. I. pag. 125. de Prolegomenis ad Terentium, quae sub Donati nomine circumferuntur, & quibus allatum mox Fragmentum adnectitur, conjici facili negocio potest, non convenire inter eruditos viros de eorum auctore. Quamvis autem non parvi facienda illa putem, quod venerabilem redoleant antiquitatem, dissentiri tamen ab eis aliquantisper me posse existimo, praesertim in laudata Tibiarum declaratione. Tibias itaque pares eas dici censeo, quae ejusdem sunt mensurae; dividi autem in dexteras, sinistras, & Serranas: impares vero eas, quarum una brevior esset, cujusmodi sunt, quas refert Ficoronius Tabula II. Tibiis paribus & imparibus actam Andriam; imparibus tantum Heautontimorumenos I. Phormionemque; paribus Hecyram; duabus dextris Heautontimorumenos II.; dextra & sinistra Eunuchum; Serranis Adelphoe, ipsarum ostendunt Epigraphes. Quum autem dicuntur facti modi Tibiis paribus & imparibus, intelligendum reor, adhibitas simul esse Tibias longiores, brevioresque; vel si mavis, aliquando solas longiores paresque, mox breviores. Neque vero per totam Comoediam factos fuisse modos, persuasum cuique velim: ita enim sentio, quod in Tragoediis praestabat Chorus, *id praecipue* a Tibicine peractum in Comoediis; scilicet ut Actus modulationibus, Canticis, vel etiam saltationibus dividerentur eo prorsus modo, quo nunc temporis exodiis utimur. Adhibebantur etiam aliquando modulationes ad animos illorum recreandos, qui erant in Cavea, postquam fustigatione, vel truci alia reprehesentatione commoti fuerant: quod erudite animadvertit Ficoronius in explicatione anaglyphi operis Farnesianis in Aedibus Romae adservati, quod Lorarium exhibet Servum jussu domini sui verberantem, puellamque duabus tibiis imparibus spectatorum animos post Servi fustigationem recreantem.

Dextrae, sinistraeque quae essent Tibiae, magna inter auctores est dissensio. Donati, seu auctoris Prolegomenon ad Terentium sententiam jam retulimus. Putant alii, dextras eas fuisse, quae dextra parte oris, manuque itidem dextra tenebantur, eodemque pacto sinistras, quae contraria parte oris, & manus: dextrisque, ac sinistris uti eum tibiis tibicinem, qui simul ambas inflaret. His tamen assentiri me non posse fateor; nullo enim pacto conciliari cum eorum sententia posse videntur, quae recitat Phaedrus Lib. V. Fab. VII.

*Princeps Tibicen....*
*Is forte ludis, non satis memini quibus,*

*Dum*

Vetu ſi Poeta non laceſſiſſet prior,
Nullum invenire prologum potuiſſet novus,
Quem diceret, niſi haberet, cui malediceret:
Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reiicere:
Hic reſpondere voluit, non laceſſere.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene:
Quod ab illo allatum eſt, ſibi eſſe id rellatum putet[a].
De illo jam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi quum ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. Adporto novam,
Epidicazomenon quam vocant comoediam
Graeci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas partis qui aget, is erit Phormio

Para-

VARIANTES LECTIONES

*a* Quod ab illo adlatum 'ſt, id ſibi eſſe relatum putet.

*Poeta non aveſſe provvocato*
*Il nuovo, e' non avrebbe avuto modo*
*Da poter fare il Prologo, ſe a ſorte*
*Gli mancava uno da parlarne male.*
*Tal per ſe queſti prendaſi riſpoſta,*
*Che piantata nel mezzo ella è la palma*
*Per tutti que', che trattan l'arte comica.*
*Del reſto quegli altro non ebbe in mente*
*Col voler toglier queſto da' ſuoi ſtudj,*
*Che farlo divorare dalla fame.*
*Or queſti volle ſol riſponder lui,*
*Non oltraggiarlo; anzi n' avria ben detto,*
*Se faceva egli a gara a parlar bene.*
*Or e' per ſe ſi prenda tutti quanti*
*Gl' improperj a me detti, e a lui ritornino;*
*Che più non voglio far di lui parole,*
*Benchè e' contro di me voglia ancor farle.*
*Or ciò, che io brami attentamente udite.*
*Vò recitarvi una Comedia nuova*
*Detta da' Greci Sentenza, o Giudizio,*
*Da' Latini Formione. Queſto tale*
*E' Paraſito, e fa le prime parti,*

*E da*

## N O T AE

*Dum pecua rapitur, concidit caſu gravi,*
*Nec opinans ſiniſtram fregit tibiam,*
*Duas cum dextras maluiſſet perdere.*

Etenim ſi dextrae, ſiniſtraeque Tibiae ejuſdem erant naturae, nec aliud inter eas diſcrimen intercedebat, niſi quod alterutra tenerentur manu; coniicere nullus poſſum, qua ratione tanto Tibicen ille ob fractam ſiniſtram Tibiam dolore affectus ſit, ut duas dexteras perdere maluerit. Quare iis potius aſſentiendum puto, qui dextras Tibias eas fuiſſe credunt, quarum foramina dextra eſſent manu claudenda, vel aperienda; ſiniſtras autem, quae ſiniſtra in parte foramina haberent: atque hujuſmodi eas eſſe apparet, quas tenet Terpſichores in Sarcophago quoque, qui viſitur in atrio Aedium Familiae Matthaeiae, & quas tenet puella, quam ex Ficoronio mox ſumus exhibituri. Denique ſiniſtras Tibias gravem ſonum reddidiſſe, rebuſque gravioribus accomodatum, acutum vero dextras, qui jocis conveniebat, opinor; probeque a Donato prolatum, ubi dextra, & ſiniſtra acta fabula inſcribitur, mixtim jocos, & gravitates denunciari.

Serranas Tibias eas eſſe opinatur Servius in Aeneid. lib. IX. ver. 618. *quae pares ſunt, & aequales habent cavernas*. Quod ſi conſtaret, inutilis omnino foret diſtinctio Tibiarum parium, a ſerranis; quam tamen diſtinctionem in Epigraphis Hecyrae, & Adelphoe fieri legimus. Quare Salmaſii, aliorumque magis arridet ſententia, qui malunt, Serranas, quae etiam Sarranae dici ſolent, a Sarra, quo nomine Tyrus olim appellabatur, dictas eſſe, prout a Phrygibus phrygiae.

Tibias denique in conviviis adhibitas, in himenaeis, in funeribus, in ſacrificiis teſtantur quamplurima Antiqua Monumenta Romae, Inſcriptioneſque: quae omnia ego recenſere ſi velim, & dies deficiet, & actum inutiliter agam. Sed praeſtat Ovidii in hanc rem carmina referre ex Faſtor. lib. VII.

*Temporibus veterum Tibicinis uſus avorum*
*Magnus, & in magno ſemper honore fuit.*
*Cantabat fanis, cantabat Tibia ludis:*
*Cantabat moeſtis Tibia funeribus.*

Parasitus, per quem res geretur [a] maxume.
Voluntas vostra si ad Poetam accesserit,
Date operam: adeste aequo animo per silentium;
Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus,
Quum per tumultum noster grex motus loco est:
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasque vostra adjutans, atque aequanimitas.

VARIANTES LECTIONES

a agetur. *In utroque Codice.*

*E da lui quasi tutto sia tessuto*
*Dell' Opera l' intreccio. Il vostro amore*
*S' egli favorirà Terenzio nostro,*
*Assistete anco a noi, e giustamente*
*Ci riguardate: e sia alto silenzio,*
*Acciocchè non corriamo quella stessa*
*Disgrazia, che corremmo l' altra volta,*
*Quando per lo tumulto ci fu forza*
*Perdere il luogo nostro, che la sola*
*Virtude dell' Attor poscia ci rese.*
*Or la vostra bontà ci porga alta,*
*E si mostri benigna a' falli nostri.*

Dac. Ami-

Ter. Phor. Fig. III.

Act. I. Scena II.

*Get.* SI quis me quaeret rufus. *Dav.* Praeſto eſt; deſine. *Get.* Oh:
At ego obviam conabar tibi, Dave. *Dav.* Accipe, hem:
Lectum eſt, conveniet numerus, quantum debui.
*Get.* Amo te, & non neglexiſſe, habeo gratiam.
*Dav.* Praeſertim ut nunc ſunt mores; adeo res redit:
Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? *Get.* Egone? neſcis quo in metu, &
Quanto in periclo ſim [a]. *Dav.* Quid iſtuc eſt? *Get.* Scies,
Modo ut tacere poſſis. *Dav.* Abiſis inſciens:
Cujus tu fidem in pecunia perſpexeris,
Verere ei verba credere? ubi quid mihi lucri eſt

Te

VARIANTES LECTIONES

a Quanto in periculo ſimus. *In utroque Codice.*

Geta, e Davo.

Get. S*E alcun mi cerca di capello roſſo...*
Dav. *Egli è qui pronto: non andar più avanti.*
Get. *Oh ti andava cercando.* Dav. *Eccoti: piglia:*
*Ell'a è buona moneta, e ben riſcontra*
*Con quello, che ti deggio.* Get. *Io per ciò ti amo,*
*E della diligenza uſata meco*
*Ti ringrazio.* Dav. *Ed in ſpecie a' giorni d'oggi,*
*Ne' quai ſe ti vien reſa alcuna coſa,*
*Molto hai da ringraziar chi te la rende.*
*Ma che hai, che ſei turbato?* Get. *Tu non ſai*
*Il mio timore, ed il mio gran periglio.*
Dav. *Dimmelo in grazia.* Get. *Io tel dirò, ma pure*
*Che tu poſſa tacer.* Dav. *Va via ſei pazzo.*
*Provato hai la mia fede nel denaro,*
*E temerai fidarmi le parole?*
*Ma poi che buſcherei nel propalarlo?*

 Get. *Odi-*

Te fallere? *Get.* Ergo auſculta. *Dav.* Hanc operam tibi dico.
*Get.* Senis noſtri, Dave, fratrem majorem Chremem
Noſtin'? *Dav.* Quidni? *Get.* Quid? ejus gnatum Phaedriam?
*Dav.* Tamquam te. *Get.* Evenit ſenibus ambobus ſimul,
Iter illi in Lemnum ut eſſet, noſtro in Ciliciam
Ad hoſpitem antiquom: is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modo non monteis auri pollicens.
*Dav.* Cui tanta erat res, & ſupererat? *Get.* Deſinas:
Sic eſt ingenium. *Dav.* Oh, regem me eſſe oportuit.
*Get.* Abeuntes ambo hic tum ſenes me filiis
Relinquunt quaſi magiſtrum. *Dav.* Oh Geta, provinciam
Coepiſti duram. *Get.* Mihi uſu venit, hoc ſcio.
Memini relinqui me deo irato meo:
Coepi advorſari primo: quid verbis opu' ſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
*Dav.* Venere in mentem iſtæc mihi: namque inſcitia eſt,
Advorſum ſtimulum calces. *Get.* Coepi his omnia
Facere, obſequi, quae vellent. *Dav.* Sciſti uti foro.
*Get.* Noſter mali nil quidquam primo. hic Phaedria
Continuo quandam nactus eſt puellulam
Cithariſtriam: hanc amare coepit perdite.
Ea ſerviebat lenoni impuriſſimo:
Neque, quod daretur quidquam; id curarant patres.

Re-

Get. *Odimi dunque*, Dav. *Parla, che io ti aſcolto.*
Get. *Conoſci, Davo mio, del noſtro vecchio*
*Il fratello maggior, che è detto Creme?*
Dav. *Sicuro.* Get. *E Fedria il ſuo figliuol?*
Dav. *Non meno*
*Che te medeſmo.* Get. *A queſti vecchi avvenne*
*Di dover far viaggio a un tempo ſteſſo,*
*E quegli in Lenno, e l' noſtro andò in Cilicia*
*Per rivedere un oſpite ſuo amico,*
*Che a ſe invitollo con diverſe lettere.*
*E con promeſſe di montagne d' oro.*
Dav. *Ed e', che ha tanta robba, e glie ne avanza,*
*Perciò intrapreſe sì lungo viaggio?*
Get. *Taci, che il mio padrone è un avaraccio.*
Dav. *Ah foſſi io nato un rege, o ſimil coſa!*
Get. *Nel partirſi, che fecero i due vecchi,*
*Me qui laſciaro quaſi per maeſtro*
*A' lor figli.* Dav. *T' han dato un oſſo duro.*
Get. *E tale l' ho provato, e mi ricordo,*
*Che allora m' ebbe in ira il genio mio.*
*In ſu le prime moſſe incominciai*
*A fargli fronte. Ma che più ragiono?*
*Mentre voglio al mio vecchio eſſer fedele,*
*M' ebbero a rifinir di baſtonate.*
Dav. *Di già me lo penſava; che è ſciocchezza*
*Menare contro al pungolo de' calci.*
Get. *Preſi dunque a far ciò, ch' eſſi volevano,*
*Loro in tutto e per tutto ſecondando.*
Dav. *Sapeſti navigar ſecondo il vento.*
Get. *Il noſtro ſul principio nulla affatto*
*Fece di male. Queſto Fedria poi*
*Procacicoſſi ben toſto una fanciulla,*
*Che ſuona di Chitarra, e ſe n' acceſe*
*Per modo tal, che andavane perduto.*
*Ella era in man d' un ſordido mezzano,*
*E perchè non aveſſero che dare.*

Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere:
Nos otiosi operam dabamus Phaedriae.
In quo haec discebat ludo, ex adverso ei loco
Tonstrina erat quaedam: hic solebamus fere
Plerumque eam operiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus illi [1], intervenit
Adolescens quidam lacrumans: nos mirarier:
Rogamus, quid sit: nunquam aeque, inquit, ac modo
Paupertas mihi onus visum est & miserum & grave.
Modo quandam vidi virginem hic viciniae
Miseram, suam matrem lamentari mortuam;
Ea sita erat ex advorso: neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
Quisquam aderat, qui adjutaret funus: miseritum est.
Virgo ipsa facie egregia. quid verbis opu' st?
Commorat omnes nos. ibi continuo Antipho,
Voltis ne eamus visere? alius, censeo,
Eamus, duc nos sodes: imus, venimus,
Nihil aderat [2] adjumenti ad pulchritudinem.
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:

Lacru-

VARIANTES LECTIONES

1 illic. 2 Nihil erat.

*Ciò fu pensiero de' lor padri: onde altro*
*Lor non restava, se non pascer gli occhi;*
*Seguitarla, condurla, e ricondurla*
*A scuola, e dalla scuola: sfaccendati*
*A Fedria intanto noi davamo ajuto.*
*Si stava dirimpetto a questa scuola,*
*Ove andava ella, certa Barberia:*
*Ivi lei solevamo quasi sempre*
*Aspettar, mentre sen tornava a casa.*
*Ora quivi sedendo, ecco ad un tratto,*
*Che in noi s' abbatte un giovan, che piangea:*
*Abbiam di ciò stupore: e lui preghiamo*
*A dirci la cagione: egli: Non mai*
*Mi è paruto, come or misero, e grave*
*Peso la povertade: ho visto adesso*
*In questo vicinato una donzella*
*Misera, che facea tristo lamento*
*Per la sua madre morta, che giaceva*
*Ad essa dirimpetto, e niuno amico*
*Aveva, o conoscente, o di suo sangue,*
*Che desse mano al funerale in fuora*
*D' una sol vecchierella: io mi sentii*
*Muovere a compassione. Avea la stessa*
*Fanciulla il volto bello a maraviglia.*
*Ma che più dico? Eravam noi già tutti*
*Commossi. Quando subito Antifone*
*Comincia: vogliam noi colà portarci*
*Per lei vedere? un altro, andiamci pure,*
*E tu ne mena adesso. Andiam; torniamo;*
*Veggiamo. La Fanciulla è bella molto.*
*E tanto bella più tu la diresti,*
*Quanto nulla ha, che sua bellezza aiti:*
*Scarmigliati i capelli, i piedi nudi,*
*Incolta, rozza e col pianto sul viso*



*Vesti.*

Lacrumæ, veſtitus turpis, ut, ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, haec formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat Fidicinam, tantummodo,
Satis ſcita, inquit: noſter vero. *Dav.* Jam ſcio:
Amare coepit. *Get.* Scin quam? quo evadat, vide:
Poſtridie ad anum recta pergit: obſecrat,
Ut ſibi ejus faciat copiam. illa enim ſe negat:
Neque eum aequom ait facere: illam civem eſſe atticam,
Bonam, bonis prognatam: ſi uxorem velit,
Lege id licere facere [1]: ſin aliter, negat.
Noſter, quid ageret [a], neſcire: & illam ducere
Cupiebat, & metuebat abſentem patrem.
*Dav.* Non, ſi rediiſſet, ei pater veniam daret?
*Get.* Ille indotatam virginem atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. *Dav.* Quid fit denique?
*Get.* Quid fiat? eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui illum dii omnes perduint.
*Dav.* Quid is fecit? *Get.* Hoc conſilium, quod dicam dedit.
Lex eſt, ut orbæ, qui ſint genere proxumi,
Iis nubant: & illos ducere eadem haec lex jubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam:

Pater-

VARIANTES LECTIONES

*a* quid faceret.

1 facere *Deeſt in Codice*.

*Veſtita malamente: alla per fine,*
*Se in eſſa il fior della beltà non era,*
*Avrian tai coſe ogni bellezza eſtinta.*
*Fedria l'amante della Suonatrice*
*Diſſe: Ella è molto bella: ma quel noſtro...*
Dav. *Già lo ſo: ſe ne acceſe.* Get. *E di che modo!*
*E vedi or dove e' vanne a riuſcire.*
*Il giorno dopo ſe ne và diritto*
*A quella vecchierella, e la ſcongiura*
*Di fargli copia della giovanetta.*
*Ciò gli niega eſſa, e dice iniquamente*
*Operar lui, che l'oneſta fanciulla*
*Cittadina è di Atene, e i ſuoi Parenti*
*Sono pur gente buona. S' egli poi*
*La vuol per moglie; che egli ſe la prenda*
*Nel modo, che permettono le leggi;*
*Quando che no, di nuovo gliela nega.*
*Il noſtro non ſapeva, che ſi fare:*
*Deſiderava portarſela ſeco,*
*E del padre lontano avea timore.*
Dav. *Oh, che il padre, quando egli ritornaſſe,*
*Non gli perdonarebbe un cotal fallo?*
Get. *Quegli priva di dote una fanciulla,*
*E ſenza nobiltà darebbe a lui?*
*Giammai non lo farebbe.* Dav. *Finalmente*
*Che ſi fa egli?* Get. *Lo vuoi tu ſapere?*
*Evvi un tal Paraſito nominato*
*Formione temerario; che in ruina*
*Mandin tutti gli Dei.* Dav. *E che fece egli?*
Get. *Gli diè queſto conſiglio, che dirotti.*
*La legge vuol, che l' orfane fanciulle*
*Maritinſi a' più proſſimi, e la ſteſſa*
*Coſtringe quelli a prender lor per mogli.*
*Io dirò dunque, che tu ſei parente,*

Paternum amicum me adsimulabo virginis:
Ad judices veniemus: qui fuerit pater,
Quae mater, qui cognata tibi sit [a]; omnia haec
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum.
Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.
Pater aderit: mihi paratae lites: quid mea?
Illa quidem nostra erit. *Dav.* Jocularem audaciam.
*Get.* Persuasum est homini [1]: factum est: ventum est: vincimur:
Duxit. *Dav.* Quid narras? *Get.* Hoc, quod audis. *Dav.* O Geta,
Quid te futurum est? *Get.* Nescio hercle. unum hoc scio:
Quod sors feret, feremus aequo animo. *Dav.* Places [b]:
Hem istuc viri est officium. *Get.* In me omnis spes mihi est.
*Dav.* Laudo. *Get.* Ad precatorem adeam credo, qui mihi
Sic oret: nunc amitte quaeso hunc: caeterum
Posthac si quidquam, nihil precor. tantummodo
Non addat [2]; ubi ego hinc abiero, vel occidito.
*Dav.* Quid paedagogus ille, qui Citharistriam?
Quid rei [3] gerit [c]? *Get.* Sic, tenuiter. *Dav.* Non multum habet,
Quod det fortasse. *Get.* Imo nihil, nisi spem meram.
*Dav.* Pater ejus rediit, annon? *Get.* Nondum. *Dav.* Quid? senem

Quoad

VARIANTES LECTIONES

a qui cognati tibi sint, b Placet. *In utroque Codice.* c geret?
1 Persuasit homini. 2 Non addit. 3 Quid rei erit?

*E ti farò citare: e di suo padre*
*Simulerommi amico: andremo insieme*
*A' Giudici. Tuo padre chi sia stato,*
*E chi tua madre: come a te congiunta*
*Sia di sangue costei; sarà mia cura*
*D' assai ben colorir tai cose tutte,*
*Per quanto l' util mio, e 'l mio vantaggio*
*Comporterà. Tu nulla a queste cose*
*Opponendo, sarai senza alcun dubbio*
*Da me vinto in giudizio: Il padre tuo*
*Ritornerà; farammi litigare:*
*Ma questo, che m' importa? Certamente*
*Sarà nostra colei.* Dav. *Oh vedi audacia*
*Proprio da scena.* Get. *E' resta persuaso;*
*Si eseguisce; si va; rimanghiam vinti;*
*Se la prese.* Dav. *Che narri?* Get. *Ciò che ascolti.*
Dav. *Oh Geta, e che di te mai sarà egli?*
Get. *Io non lo so, per dio: ma so ben questo,*
*Che comunque anderà cotal faccenda,*
*Sopporterolla in pace.* Dav. *Emmi ciò grato.*
*Cappita questo egli è operar da uomo.*
Get. *Ogni speranza mia è in me riposta.*
Dav. *Ti lodo.* Get. *Adesso andronne a qualcheduno,*
*Che pregando abbonisca il mio padrone,*
*Col dirgli; lascia andar per questa volta,*
*Impunito costui; ma se di nuovo*
*Torna a mancar, non sia che più ti preghi:*
*Purchè egli a sorte mai non v' aggiungesse,*
*Partito che io sarò, dagli, se vuoi*
*D' un maglio in su la testa.*
Dav. *E quel Pedante, che la Suonatrice...*
*Come se la passa egli?* Get. *Eh debolmente.*
Dav. *Forse ha poco che dare.* Get. *Anzichè nulla*
*In fuori che una semplice speranza.*
Dav. *Tornò suo padre, o no?* Get. *No per ancora.*
Dav. *E voi quando aspettate il vostro vecchio?*

Get. *Nul-*

79537

Quoad expectatis vostrum? *Get.* Non certum scio:
Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modo, &
Ad portitores esse delatam [1]: hanc petam.
*Dav.* Numquid, Geta, aliud me vis? *Get.* Ut bene sit tibi.
Puer heus. nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

VARIANTES LECTIONES

1 esse latam.

Get. *Nulla n' abbiam di certo. Udito ho dire*
*Poco tempo è, che una lettera sua*
*Qua sia giunta, e sia in man de' Gabbellieri*
*Del Porto; androlla a prender.* Dav. *Geta mio,*
*Da me vuoi altro?* Get. *Che ti vadan bene*
*Le cose tue. Olà ragazzo. Alcuno*
*Non comparisce? orsù piglia tu questo,*
*E dallo a Dorcio.*

Dom. Misirotti sculp.

*Act. I. Scena III.*

*Ant.* A Deon' rem rediisse, ut, qui mihi consultum esse optume velit,
Phaedria, patrem extimescam, [1] ubi in mentem ejus adventi [2] venit?
Quod ni fuissem incogitans, ita eum expectarem [a], ut par fuit.
*Ph.* Quid istuc est? *Ant.* Rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conscius
Sis? quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eo impulisset, quod mihi principium est mali.
Non potitus essem: fuisset tum mihi illos aegre aliquot dies:
At non quotidiana cura haec angeret animum. *Ph.* Audio.
*Ant.* Dum expecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.

*Ph.* Aliis

VARIANTES LECTIONES

[a] ita expectarem.

[1] ut extimescam. [2] adventus.

Antifone, e Fedria.

Ant. E *Dunque sarà vero,*
*Che la cosa sia giunta a questo segno,*
*Che di mio padre, che mi vuol sì bene,*
*Io tema, qualor penso al suo ritorno?*
*Che se io non fossi stato sì balordo,*
*Ora [illegible] aspetterei tutto allegrezza,*
*Conforme è di dovere.* Fed. *Oh che ci è*
*egli?*
Ant. *Me-ne domandi; quando che ti è nota*
*L'opra mia temeraria? la qual mai*
*Formion non mi avesse persuasa,*
*Ne vi avessè pensato; onde mi spinse*
*Già bramoso di loro a queste nozze,*
*Che mi sono principio d' ogni male.*
*Non fora stata mia: per qualche giorno*
*N' avrei sentito affanno, ma non sempre,*
*Come or, mi affliggerebbe un' aspra cura.*
Fed. *Intendo.* Ant. *Mentre aspetto d' ora in ora*
*Chi m' impedisca il conversar con lei....*

Fed. *Gli*

*Ph.* Aliis quia desit quod amant, aegre est: tibi quia superest, dolet.
Amore abundas Antipho.
Nam tua quidem hercle certe vita haec expetenda optandaque est:
Ita me dii bene ament; ut mihi liceat tam diu, quod amo, frui:
Jam depecisci morte cupio: tu conjicito caetera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:
Ut ne addam, quod sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es:
Quod habes ita, ut voluisti, uxorem sine mala fama. Palam
Beatus; ni unum desit, animus qui modeste istaec ferat.
Quod si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias.
Ita plerique ingenio sumus omnes; nostri nosmet poenitet.
*Ant.* At tu mihi contra nunc videre fortunatus Phaedria,
Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid velis:
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum,
Ut neque mihi ejus sit amittendi, nec retinendi copia.
Sed hoc quid est [1]? videon' ego advenire huc currentem Getam?
Is ipsus est: hei, timeo miser, quam nunc mihi hic rem nunciet

VARIANTES LECTIONES

1 Sed quid est?

Fed. *Gli altri, perchè lor manca la maniera*
*Di goder dell' amata, si tapinano;*
*E tu, perchè ne hai troppa. Veramente*
*Tu de' doni d' amor sei ricco in fondo,*
*E cotestu tua vita senza fallo*
*E' da bramarsi. Così dagli Dei*
*Sia ben voluto, come altro non cerco,*
*Che di goder colei, che mi è sì a cuore,*
*Per quanto tempo, quanto tu ti godi*
*La moglie tua: e poi possa io morire,*
*E fin d' ora mi accordo colla morte.*
*Or l' altre cose tu da ciò comprendi;*
*E quanto duolo dall' inopia mia*
*Io ne ricavi, e tu quanto piacere*
*Dalla tua copia: Senza che io soggiunga,*
*Che non spendendo nulla, hai fatto acquisto*
*D' una Vergine onesta, e bella molto,*
*E che hai una moglie, conforme volesti,*
*Non tocca punto nella buona fama:*
*Beato in somma appresso di ciascuno*
*Saresti, se tu avessi questo solo,*
*Cioè se ti sapessi moderare*
*Nello stato, in cui sei: che se per sorte*
*Tu l' avessi da far con quel mezzano,*
*Con cui l' ho da far io; allora allora*
*Te n' avvedresti. Ma siam tutti a un modo:*
*Ci pentiam di noi stessi.* Ant. *Io pel contrario*
*Te, Fedria mio, stimo felice al sommo,*
*Che puoi far ciò che vuoi, o ritenerla,*
*O amarla, o abbandonarla; Là dove io*
*Sono ridotto a tal, che non mi è dato*
*Poter di abbandonarla, o ritenerla.*
*Ma che è mai questo? parmi di vedere*
*Geta, che quà sen corra: egli è ben desso.*
*Meschino me! chi sa, che e' non mi arrechi*
*Qualche trista novella?*

*Act. I. Scena IV.*

*Get.* NUllus es Geta, nisi jam aliquod tibi consilium celere repperis:
Ita subito nunc imparatum tanta te impendent mala:
Quae neque uti devitem scio, neque quo modo me inde extraham:
Nam non potest celari nostra diutius jam audacia:
Quae si non astu providentur, me aut herum pessum dabunt.
*Ant.* Quidnam ille commotus venit? *Get.* Tum, temporis punctum mihi
Ad hanc rem est: herus adest. *Ant.* Quid istuc [1] est mali?
*Get.* Quod cum audierit, quod ejus remedium inveniam iracundiae?
Loquarne? incendam. taceam? instigem. purgem me? laterem lavem.

Eheu

VARIANTES LECTIONES

1 illud.

Geta, Antifone, e Fedria.

Get. *GEta, tu sei perduto, se non trovi*
*Con prestezza per te qualche rifugio:*
*Così subito tante traversie*
*Non l' aspettando tu, ti stanno sopra,*
*Le quali ne so già come fuggire,*
*Ne da lor come possa disbrigarmi;*
*Che celar non si può per lungo tempo*
*La così temeraria opera nostra:*
*E se io non vi provvedo con astuzia,*
*O me rovineranno, o il mio padrone.*
Ant. *Perchè così turbato egli sen viene?*
Get. *Inoltre per far questo un sol momento*
*Ci è di tempo: il padrone è ritornato.*
Ant. *Che mal ci è?* Get. *Che informato d' ogni cosa*
*Quando egli sia, qual troverò rimedio*
*All' ira sua? Se parlo, più l' accendo;*
*Se taccio, più l' instigo: e se mi voglio*
*Difender, laverò la testa all' asino.*



O me

Eheu me miserum! cum mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi:
Ejus me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam absque eo
Esset, recte ego mihi vidissem, & senis essem ultus iracundiam:
Aliquid convasassem, atque hinc me coniicerem protinus in pedes.

*Ant.* Quam hic fugam, aut furtum parat?

*Get.* Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quaerere insistam via?

*Ph.* Te nominat. *Ant.* Nescio quod magnum hoc nuncio expecto malum.

*Ph.* Ah, sanu' ne es[1]?

*Get.* Domum ire pergam: ibi plurimum est. *Ph.* Revocemus hominem. *Ant.* Sta illico. *Get.* Hem!
Satis pro imperio quisquis es. *Ant.* Geta. *Get.* Ipse est, quem volui obviam.

*Ant.* Cedo, quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi.

*Get.* Faciam. *Ant.* Eloquere. *Get.* Modo apud portum. *Ant.* Meumne? *Get.* Intellexti. *Ant.* Occidi. *Ph.* Hem!

*Ant.* Quid agam? *Ph.* Quid ais? *Get.* Huiu' patrem vidisse me, patruum tuum.

*Ant.* Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam miser?
Quod si eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te ut distrahar,
Nulla est mihi vita expetenda. *Get.* Ergo istaec quum ita sint, Antipho,
Tanto magi te advigilare aequom est: Fortis fortuna adjuvat.

*Ant.* Non sum apud me. *Get.* Atqui opus est nunc, cum maxume, ut sis, Antipho:
Nam

VARIANTES LECTIONES.

1 *Ph.* Sanus es.

*O me tapino al sommo!*
*E per me temo, e sono tormentato*
*Per Antifone: ho gran pietà di lui,*
*E per lui or pavento: ed esso solo*
*E' quegli, che or mi tiene: che se io fossi*
*Senza di lui, già trovereimi in salvo,*
*E vendicata avrei l'ira del vecchio*
*Col fare il mio fagotto, e marciar via.*
Ant. *Che fuga, e furto medita costui?*
Get. *Ma dove mai ritroverò Antifone?*
*Ovvero per qual via ricercherollo?*
Fed. *Egli nomina te.* Ant. *Non ti so dire,*
*Che gran male aspetti io dalla sua bocca.*
Fed. *Ah sei forse impazzito?* Get. *Andronne a casa,*
*Che ivi sta per lo più.* Fed. *O via chiamiamolo.*
Ant. *Fermati in questo punto.* Get. *Ohe, chi si sia,*
*Con troppo imperio egli comanda.* Ant. *Geta.*
Get. *Oh egli è que', che io volea.* Ant. *Dimmi, ten prego,*
*Che cosa porti? e questa, se tu puoi,*
*Dilla a un fiato.* Get. *Io lo farò.* Ant. *Favella.*
Get *Adesso al Porto...* Ant. *Ah forse il mio...*
Get. *Quel desso.*
Ant. *Son morto.* Fed. E *che ci è egli?* Ant. *Che farassi?*
Fed. *Che dici?* Get. *Che visto ho il padre di questi,*
*E zio tuo.* Ant. *Qual subito rimedio*
*Troverò, me infelice, a tantò male?*
*Che se mai per la mia crudel fortuna*
*Sarò svelto da te, dolce mia Fania,*
*Verun desio non avrò più di vita.*
Get. *Però sendo così le cose tue,*
*Come sono, Antifone, a te conviene*
*Quel più star desto: La fortuna ajuta*
*I forti.* Ant. *Io non so più, dove mi sia.*
Get. *Ma adesso è il tempo, e più d'ogni altro mai,*
*Che tu lo sappia, e che Antifon ti mostri;*

Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur
Commeruisse culpam. *Ph.* Hoc verum est. *Ant.* Non possum immutarier.
*Get.* Quid si aliquid gravius tibi nunc faciundum foret [a]?
*Ant.* Cum hoc non possum, illud minu' possem. *Get.* Hoc nihil est: Phaedria, ilicet
Quid conterimus operam frustra [b], quin abeo [1]? *Ph.* Et quidem ego. *Ant.* Obsecro,
Quid si adsimulo [2], satin' est? *Get.* Garris. *Ant.* Voltum contemplamini; hem:
Satine sic est? *Get.* Non. *Ant.* Quid si sic? *Get.* Propemodum. *Ant.* Quid sic?
*Get.* Sat est:
Hem istuc serva: & verbum verbo, par pari ut respondeas,
Ne suis te iratus saevidictis [c] protelet. *Ant.* Scio.
*Get.* Vi coactum te esse invitum, lege, judicio: tenes?
Sed quis hic est senex, quem video in ultima platea? *Ant.* Ipsus est:
Non possum adesse. *Get.* Ah, quid agis? quo abis Antipho? mane
Mane inquam. *Ant.* Egomet me novi, & peccatum meum:
Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
*Ph.* Geta, quid nunc fiet? *Get.* Tu jam lites audies:
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.
Sed quod modo [3] hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipsos facere oportet, Phaedria.

*Ph.* Au-

VARIANTES LECTIONES

*a* Quid faceres, si aliud gravius tibi nunc faciundum foret? *Concordant Codices.* *b* Quid hic conterimus operam frustra? quin abeo? *c* Saevidicis dictis *in utroque Codice.*

1 quin abeo? 2 Quid si adsimulabo, satin est? 3 Sed quomodo.

*Che se tuo padre accorgerassi punto*
*Della tua timidezza, senza dubbio*
*Da lei farà argomento del tuo fallo.*
Fed. *Questo egli è vero.* Ant. *Non posso mutare*
*La mia natura.* Get. *Oh che sarebbe mai,*
*Se dovessi oprar cosa ancor più grave?*
Ant. *Se questa non posso io, men potrei quella.*
Get. *Questo, e nulla è tutto uno: ella è finita*
*Perchè gettiam nostra fatica in vano?*
*E perchè non mi parto?* Fed. *Teco pure*
*Vo' venire ancor io.* Ant. *Non vi partite.*
*Farò, come volete, industrierommi*
*Fingere: Così basta?*
Get. *Eh via che tu burli.* Ant. *Attentamente*
*Contemplate il mio volto: dite un poco,*
*Così non basta?* Get. *Noe.* Ant. *Oh; in questa*
*forma?*
Get. *Adesso ti ci accosti.* Ant. *Così forse?*
Get. *Così va bene. Or via,*
*Serba cotesto viso, e metti studio*
*Nel pesar bene tutte le parole:*
*Onde ne' detti tuoi, nelle risposte*
*Tu non t' imbrogli, e col parlare acerbo*
*L' irato vecchio non ti metta in fuga.*
Ant. *Lo so.* Get. *Che sol per forza, nol volendo,*
*La sentenza del Giudice, la legge*
*Ti obbligò: mi capisci? Ma chi sia*
*Questo vecchio, che io veggio là nel fondo*
*Della piazza!* Ant. *E' mio padre; io più non posso*
*Qui fermarmi.* Get. *Ah che fai? dove ten vai?*
*Qui rimani, Antifon, riman, ti dico.*
Ant. *Me conosco, ed insieme il fallo mio:*
*Vi raccomando Fania, e me con lei.*
Fed. *Or che faremo, Geta?* Get. *A te i rimbrotti*
*Feriranno l' orecchie; e se non erro,*
*A me non mancheran ceppi, e nerbate.*
*Or tutto ciò, che poco fa insegnammo*
*Di fare ad Antifon, conviene a noi,*
*Fedria*

*Ph.* Aufer mihi, oportet: quin tu, quid faciam, impera.
*Get.* Meminiſtin' olim ut fuerit veſtra oratio
In re incipiunda ad defendendam noxiam?
Juſtam illam cauſſam, facilem, vincibilem, optumam.
*Ph.* Memini. *Get.* Hem, nunc ipſa ea eſt opus, aut, ſi quid poteſt,
Meliore & callidiore. *Ph.* Fiet ſedulo.
*Get.* Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hic ero
* Succenturiatus, ſiquid deficies. *Ph.* Age.

*Fedria, di fare.* Fed. *Laſcia quel Conviene,*
*E dimmi a dirittura, che far deggio.*
Get. *Ti ricordi di quello, che ſi diſſe*
*Ad Antifon nella prima orditura*
*Della diſeſa dell' error commeſſo?*
*Come era giuſta, facile, e vincibile,*
*Ottima?* Fed. *Ne ho memoria.* Get. *Oh via, di queſta*
*Medeſima or v' è d' uopo; e ſe tu puoi,*
*Uſane altra migliore, e più furbeſca.*
Fed. *Farollo con iſtudio.* Get. Or *tu primiero*
*L' abborda; io quì ſtarommene in agguato*
*Per ſupplimento, in caſo che tu manchi*
*In qualche coſa.* Fed. Or *ſu dunque alle mani.*

## NOTAE

* Phraſim hanc a militia deſumtam facile percipiet quiſquis animadverterit, exercitum ab ipſis Urbis Romae primordiis in Centurias fuiſſe diſtributum, quae in Legiones dividebantur, Legiones autem in ordines. Centuriati itaque milites ii dicebantur, qui centuriae erant adſcripti; ſuccenturiati, qui ut Donatus ait, *explendae Centuriae gratia ſubiiciunt ſe ad ſupplementum ordinum.* Quare & adſcriptitios, ſeu adſcriptivos eos fuiſſe oportet, qui ſcilicet debilium, fauciorum, aut demortuorum locum occupantes, Legionum, centuriaeque numerum complerent. Ducta itaque a militia comparatione Phaedriam monet Geta, prior ipſe Demiphonem aggrediatur in Antiphonis defenſionem: & quum eum patrui praeſentiam, iramque ſuſtinere minime poſſe putet, ſe ex inſidiis ſubingreſſurum adpromittit, illiusque defectum ſuppleturum.

Dom. Miſerani ſculp.

Dem. Ita

Ter. Phor. Fig. VI.

Act. II. Scena V.

Dem. ITane tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo?
Nec meum imperium: ac mitto imperium [1]: non ſimultatem meam
Revereri ſaltem? non pudere? o facinus audax, o Geta
Monitor. *Get.* Vix tandem. *Dem.* Quid mihi dicent? aut quam cauſſam reperient?
Demiror. *Get.* Atqui repperi jam: aliud cura. *Dem.* An hoc dicent [a] mihi;
Invitus feci: lex coegit? audio, & fateor. *Get.* Placet.
*Dem.* Verum ſcientem tacitum cauſſam tradere adverſariis,
Etiamne id lex coegit? *Ph.* Illud durum. *Get.* Ego expediam: ſine.

*Dem.* Incer-

VARIANTES LECTIONES

a dicet.

1 age, mitto imperium.

Demifo, Geta, e Fedria.

Dem. *Così dunque Antifone ha preſo moglie*
*Contro del mio volere, e a mio diſpetto?*
*Ne il mio comando, ... ma laſcio il comando;*
*Non temè l' ira mia, o n' ebbe almeno*
*Roſſore alcuno? o temeraria impreſa,*
*O Geta autore!* Get. *Affè che io lo credei*
*Di me ſcordato affatto,*
*Ma glie n' è ſovvenuto in ſu la fine.*
Dem. *Ora coſtor che coſa mi diranno?*
*Qual addurranno ſcuſa? io non la trovo.*
Get. *Ed io l' ho già trovata: cerca d' altro.*
Dem. *Forſe queſto, diranmi, contro voglia*
*Lo feci, e fui forzato dalla legge?*
*L' ammetto, e mi par coſa veriſimile.*
Get. *Dice bene.* Dem. *Ma che un uomo informato*
*Dell' affar ſenza aprir punto la bocca,*
*E ſenza far contraſto all' avverſario,*
*Perda la lite, noi dovrem pur dire,*
*Che in ciò la legge gli abbia fatto forza?*
Fed. *Oh queſto è un oſſo duro.*
Get. *Laſcia a me far; darò ripiego a tutto.*

Dem. *Non*

*Dem.* Incertum eſt, quid agam, quia praeter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit.
Ita ſum iratus [a], animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.
Quamobrem omnes, quum ſecundae res ſunt maxume, tum maxume
Meditari ſecum oportet, quo pacto advorſam aerumnam ferant:
Pericla, damna, exilia peregre rediens ſemper cogitet [1],
Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae:
Communia eſſe haec, fieri poſſe: ut ne quid animo ſit novum:
Quidquid praeter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro.
*Get.* O Phaedria, incredibile eſt, quanto herum anteeo ſapientia.
Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda: herus ſi redierit,
Molendum [2] uſque in piſtrino [b]: vapulandum: habendae compedes:
Opus ruri faciundum. horum nil quidquam accidet. animo novum:
Quidquid praeter ſpem eveniet, omne id deputabo eſſe in lucro.
Sed quid hominem ceſſas adire, & blande in principio alloqui?
*Dem.* Mei fratris video filium ire mihi obviam [c].
*Ph.* Mi patrue ſalve. *Dem.* Salve: ſed ubi eſt Antipho?
*Ph.* Salvom venire. *Dem.* Credo: hoc reſponde mihi.
*Ph.* Valet: hic eſt. Sed ſatin' omnia ex ſententia?

*Dem.* Vellem

VARIANTES LECTIONES

a *Quae ſequuntur uſque ad* Pericla *deſiderantur Scriptoris, nec dubium, oſcitantia.* b Molendum eſſe in piſtrino.
c *Dem.* Phaedriam mei fratris video filium mihi ire obviam. *Concordant Codices.*

1 cogites. 2 Molendum mihi eſſe.

Dem. *Non ſo in queſto, qual via debbo tenere:*
*Eſſendomi avvenuta una tal coſa*
*Fuor d' ogni ſtima, e fuor d' ogni credenza.*
*E sì l' ira mi offuſca or l' intelletto,*
*Che nè pur trovo il modo da penſare;*
*Ond' è che ognuno, allorchè le ſue coſe*
*Vanno felici al ſommo, al ſommo allora*
*E' debbe meditar tra ſe medeſimo*
*Il modo da ſoffrir la rea fortuna.*
*Colui, che da lontan ritorna a caſa*
*Sempre penſi a pericoli, a diſgrazie;*
*Od a qualche delitto del figliuolo,*
*Od alla morte della ſua mogliera,*
*Od alla figlia, che ſi giaccia inferma;*
*Coſe comuni a tutti, e che pur troppo*
*Ponno accadere: e ſe di tanti mali*
*Qualcun non avverranne,*
*Se lo ponga a guadagno.*
Get. O *Fedria, egli non è punto credibile,*
*Quanto in prudenza avanzo il mio padrone:*
*Già preſenti a me ſon tutti i miei guai,*
*Tornato che ſarà il padrone a caſa;*
*Io già mi veggio dentro d' un mulino;*
*Odo già il fiſchio delle mie nerbate;*
*Già mi veggio fra' ceppi, e già mi pare*
*Di ſtar nel campo colla zappa in mano:*
*E ſe di tanti mali*
*Qualcun non avverrammi,*
*Me lo porrò a guadagno. Ma che tardi*
*D' andare in verſo lui, e non principi*
*Dolcemente a parlargli?* Dem. *Lo veggio il figlio*
*Del mio fratello, che mi viene incontro.*
Fed. *Ti ſaluto, mio zio.* Dem. *Ed io te pure.*
*Ma Antifone dove è?* Fed. *Che ſii tornato*
*Con ſalute...* Dem. *Lo credo. Ma riſpondimi*
*A queſto.* Fed. *Egli ſta bene, e qui ſi trova.*
*Le coſe van pur tutte a tuo piacere?*

Dem. *Certa-*

*Dem.* Vellem quidem. *Ph.* Quid istuc [1]? *Dem.* Rogitas, Phaedria?
Bonas me absente hic confecistis nuptias.
*Ph.* Eho, an id succenses nunc illi? *Get.* Artificem probum.
*Dem.* Egone illi non succenseam? ipsum gestio
Dari mi in conspectum, nunc sua culpa ut sciat,
Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
*Ph.* Atqui nil fecit, patrue, quod succenseas.
*Dem.* Ecce autem similia omnia: omnes congruunt:
Unum cognoris, omnes noris. *Ph.* Haud ita est.
*Dem.* Hic in noxa [a] est; ille ad defendundam caussam adest.
Cum ille est [b], hic praesto est: tradunt operas mutuas.
*Get.* Probe eorum facta imprudens depinxit senex.
*Dem.* Nam ni haec ita essent, cum illo haud stares, Phaedria.
*Ph.* Si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famae temperans;
Non caussam dico; quin, quod meritus sit, ferat:
Sed si quis forte malitia fretus sua,
Insidias nostrae fecit adolescentiae,
Ac vicit; nostran' culpa ea est, an judicum,
Qui saepe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi?

*Get.* Ni

VARIANTES LECTIONES

a noxia. b abest.

1 Quid istuc est?

Dem. *Certamente il vorrei.* Fed. *Oh perchè questo?*
Dem. *Me lo domandi Fedria? me lontano*
*Avete fatto qui di belle nozze.*
Fed. *Oh per questo con esso tu ti adiri?*
Get. *Che buon maestro!* Dem. *Io non dovrò sdegnarmi*
*Con esso lui? mi pare ogni ora mille,*
*Che e' mi capiti avanti, acciocchè veggia*
*Me di quel padre suo piacevol tanto*
*Fatto per colpa sua duro all' estremo.*
Fed. *Ma nulla e' fè, mio zio, onde ti adiri.*
Dem. *Ecco come combina insieme il tutto:*
*Sono d' accordo tra di loro:*
*Se un ne conosci, gli conosci tutti.*
Fed. *Non è così.* Dem. *Questi egli è in colpa, e quegli*
*Sta pronto per difenderlo: dove uno*
*Si trova, è l' altro pure: tra di loro*
*Fanno a farsi servizio.* Get. *Oh come al vivo*
*Nulla sapendo, egli ha dipinto il vecchio*
*I costumi di entrambo!* Dem. *Che per certo,*
*Se le cose non fossero in tal guisa,*
*Fedria, tu non terresti le sue parti.*
Fed. *Se fosse vero, che Antifone avesse*
*Errato, e che per via di un tal errore*
*Avesse egli intaccato e robba, e fama;*
*Lascerei, che e' soffrisse quel gastigo,*
*Ch' egli si meritasse: ma se alcuno*
*Bene appoggiato nella sua malizia*
*Pose insidie alla nostra etade inferma,*
*E restò vincitore; avrà da dirsi*
*Una tal colpa nostra, o pur di quelli,*
*Che sedendo in giudizio spesse volte*
*O fanno furto per invidia al ricco,*
*O fanno dono per pietade al povero?*

Get. *Se*

*Get.* Ni nossem caussam, crederem vera hunc loqui.
*Dem.* An quisquam judex est, qui possit noscere
Tua justa, ubi tute verbum non respondeas,
Ita ut ille fecit? *Ph.* Functus adolescentuli est
Officium liberalis. Postquam ad judices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum ibi [1] obstupefecit pudor.
*Get.* Laudo hunc: sed cesso adire quamprimum senem?
Here, salve: salvom te advenisse gaudeo. *Dem.* Oh
Bone custos, salve, columen vero familiae,
Cui commendavi filium hinc abiens meum.
*Get.* Iam dudum te omnes nos accusare audio,
Immerito, & me horunc' omnium immeritissimo.
Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?
Servom hominem caussam orare leges non sinunt:
Neque testimonii dictio est. *Dem.* Mitto omnia: addo
Istuc: imprudens timuit adolescens: sino:
Tu servus: verum si cognata est maxume,
Non fuit necesse habere, sed id, quod lex jubet,
Dotem daretis: quaereret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
*Get.* Non ratio, verum argentum deerat. *Dem.* Sumeret

Alicun-

VARIANTES LECTIONES

1 ibi. *Deest in Codice.*

Get. *Se io non sapessi, come va la cosa,*
*Crederei, che costui dicesse il vero.*
Dem. *Ma v' è Giudice alcun, che i tuoi diritti*
*Conoscer possa, quando tu stii zitto,*
*Siccome stette quegli?* Fed. *E' compì bene*
*Alle parti d' un nobile garzone,*
*Perchè venuto avanti al tribunale,*
*Quello non potè dir, che aveva in mente;*
*Così restò per la vergogna attonito.*
Get. *Bravo Avvocato! ma perchè non vado*
*Ad abbordare il vecchio? o Padron mio,*
*Io ti saluto, e sento gran piacere*
*Di vederti tornato così bene.*
Dem. *Buon giorno, o nostro bravo direttore,*
*O fermo appoggio di tutta la casa,*
*A cui partendo consegnai il mio figlio!*
Get. *Egli è del tempo, che odo dir, che tutti*
*Ne accusi, e sempre a torto,*
*E me più a torto assai di qualunque altro.*
*Imperocchè che avresti mai voluto,*
*Che io ti facessi in questa cosa? a' Servi*
*Negan le leggi il fare d' Avvocato,*
*'E ne pur esser posson testimonj.*
Dem. *Io ti accordo ogni cosa, anzi vi aggiungo*
*Questo di più; fu preso da temenza*
*L' inesperto ragazzo: te l' ammetto;*
*E tu sei schiavo: ma in qualunque modo*
*Ci fosse ella parente, io non ci vedo*
*Necessità, perch' egli la sposasse:*
*Potevate dotarla, come vuole*
*La legge, ed essa prendersi un altro uomo;*
*Onde non so per qual ragion piuttosto*
*Se la menava a casa senza dote.*
Get. *La ragion ci era, ma non già l' argento.*

Dem. *Sì*

Alicunde. *Get.* Alicunde? nihil est dicto facilius.
*Dem.* Postremo, si nullo alio pacto, foenore.
*Get.* Hui, dixti pulchre: siquidem quisquam crederet
Te vivo. *Dem.* Non sic futurum est, non potest.
Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nil suave meritum est. hominem commonstrarier
Mihi istum volo, aut, ubi habitet, demonstrarier.
*Get.* Nempe Phormionem. *Dem.* Istum patronum mulieris.
*Get.* Jam faxo hic aderit. *Dem.* Antipho ubi nunc est? *Ph.* Foris.
*Dem.* Abi Phaedria, eum require atque adduce huc. *Ph.* Eo
Recta via quidem illuc. *Get.* Nempe ad Pamphilam. *Dem.* At ego
Divortor [a]: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient,
Ut ne imparatus sim, si adveniat [1] Phormio.

VARIANTES LECTIONES

a divertar.

1 cum adveniat.

Dem. *Sel dovea procacciar da qualche parte.*
Get. *Da qualche parte? ci vuol poco a dirlo.*
Dem. *Insin se gli era tolto ogni altro modo,*
*Pigliarlo a usura.* Get. *Cappita Padrone,*
*L' hai detta pur con grazia! ed evvi alcuno,*
*Che, vivo te, prestassegli denaro?*
Dem. *No del certo, così non ha da ire,*
*Ne può: ne soffrirò, che un giorno solo*
*Resti quella mogliera di quell' altro:*
*Tanto più che si è meco diportato*
*Sì, che da me non merta alcun piacere.*
*Voglio veder questo uomo; e mi s' insegni*
*La sua casa.* Get. *Cioè di Formione.*
Dem. *Di cotesto Avvocato della donna.*
Get. *Farò, che quanto prima egli a te venga.*
Dem. *Antifone ove adesso si ritrova?*
Fed. *E' fuora.* Dem. *Vanne, Fedria, a ricercarlo,*
*E qui lo mena.* Fed. *Adesso a dirittura*
*Vado.* Get. *Cioè alla sua amica Pansila.*
Dem. *Adesso io me ne voglio andare a casa,*
*Per ivi salutar gli Dei Penati;*
*Dipoi me n' andrò in piazza a ricercare*
*Di qualche amico, che mi porga ajuto*
*In questa cosa, perchè Formione*
*Se arriva, non mi trovi sprovveduto.*

 *Phor.* Itane

Act. II. Scena I.

*Phor.* ITane * Patris, ais, conſpectum veritum hinc abiiſſe? *Get.* Admodum.
*Phor.* Phanium relictam ſolam? *Get.* Sic. *Phor.* Et iratum ſenem?
*Get.* Oppido. *Phor.* Ad te ſumma ſolum, Phormio, rerum redit:
Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum: accingere.
*Get.* Obſecro te. *Phor.* Si rogitabit. *Get.* In te ſpes eſt. *Phor.* Ecce re,
Quid ſi reddet? *Get.* Tu impuliſti. *Phor.* Sic opinor. *Get.* Subveni.
*Phor.* Cedo ſenem: jam inſtructa ſunt mihi in [1] corde conſilia omnia.

*Get.* Quid

VARIANTES LECTIONES

1 In *Deeſt in Codice.*

Formione, e Geta.

For. D*Unque dì tu, ch' egli di quì partiſſi*
*Per timor della viſta di ſuo padre?*
Get. *Senza alcun dubbio.* For. *E laſciò Fania ſola?*
Get. *Sicuramente.* For. *E il vecchio incollerito?*
Get. *Ed in che modo!* For. *Di cotante coſe*
*Tutta ſulle tue ſpalle, Formione,*
*Ha da poſar la ſoma: queſta torta*
*Tu. ſol faceſti, e tu l' hai da mangiare:*
*Ora dunque alle mani.*
Get. *Ti ſupplico....* For. *Se a ſorte chiederammi.*
Get. *In te ſi ſpera.* For. *Ecco a ciò la riſpoſta.*
*Ma s' e' riſponderavvi....* Get. *Fummo ſpinti*
*A ciò fare da te.* For. *Così mi penſo.*
Get. *Ajutaci.* For. *Or sù via menami al vecchio:*
*Già preparate ho tutte nella mente*

NOTAE

* Conſideranda hic ſedulo videntur, quae narrat Donatus in Commentario ad hanc ſcenam „ Adhuc narratur fabula de „ Terentio, & Ambivio ebrio (Ambivium Comoediae hujus actorem fuiſſe, ipſa docet epigraphe) qui acturus hanc fabulam, „ oſcitans temulenter, atque aurem minimo inſcalpens digitulo, „ hos Terentio pronunciavit verſus: quibus auditis exclamave„ rit Poeta, ſe talem, quum ſcriberet, cogitaſſe Paraſitum: & „ ex indignatione, quod eum ſaturum, potuiſſeque deprehende„ rat, delinitus ſtatim ſit.

Ad haec autem perbelle animadvertit Daceria „ Cette tra„ dition eſt remarquable en ce, qu' elle nous apprende, de quel„ le maniere ces Acteurs-là jouoient.

*Get.* Quid ages? *Phor.* Quid vis, nisi uti maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem senis [1]?
*Get.* O vir fortis, atque amicus. verum hoc saepe, Phormio,
Vereor, ne istaec fortitudo in nervum erumpat denique. *Phor.* Ah,
Non ita est: factum est periculum, jam pedum visa est via.
Quot me censes homines jam deverberasse usque ad necem,
Hospites? tum cives? quo magi' novi tanto saepius.
Cedo dum, en unquam injuriarum audisti mi scriptam dicam?
*Get.* Qui istuc? *Phor.* Quia non rete accipitri tenditur, neque milvio,
Qui male faciunt nobis: illis, qui nil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
Aliis aliunde est periculum, unde aliquid abradi potest:
Mihi sciunt nihil esse. Dices, ducent damnatum domum. *

Alere

VARIANTES LECTIONES

1 patris.

*Le macchine, e i consigli.* Get. *E che vuoi fare?*
For. *Quello, che brami tu; cioè che resti*
*Ad Antifone Fania, e che Antifone*
*Sembri al padre innocente, e che in me tutta*
*Faccia sgorgar la collera del vecchio.*
Get. *O bravo uomo, ed amico veramente!*
*Ma ho gran timor, che questa tua bravura,*
*Come sovente accade, non ti metta*
*I ceppi a' piedi.* For. *Sta pur di buon cuore:*
*Già mi è nota la via. Quanti ti credi,*
*Che colle mie tristizie abbia io percossi,*
*E poco meno che ridotti a morte,*
*E cittadini, e forestieri? Al certo*
*Tanto meglio mi va, quanto più pecco:*
*E pure quando mai sentisti dire*
*Me querelato, o chiamato in giudizio?*
Get. *E perchè questo?* For. *Perchè non si tende*
*La rete per pigliar Falco, o Smeriglio,*
*Che ci fanno del mal: si tende solo*
*Per que', che non ci fan danno veruno.*
*E d'onde ciò? perchè in questi è guadagno,*
*E in que' si butta il tempo, e la fatica.*
*Il pericolo è sempre per coloro,*
*Che hanno robba da perdere: io mi trovo*
*Senza nulla; perciò sto sul sicuro.*
*Ma qui mi dirai tu, ti condurranno*
*I Creditori tuoi dannato a casa.*

*Ah*

## NOTAE

* *Secundum jus*, ait Donatus; *obaerati quum solvendo non essent, manu capiebantur, domumque* a foeneratore *ducebantur*, et quidem Praetoris decreto; Creditor autem domum suam ductos servilibus quibuscumque operibus subiiciebat. Ex sancito XII. Tabularum, quum liceret Creditori eos vincire nervo vel compede, quod saepissime contingebat, *Nexi* sunt appellati. En sancitum: AERIS CONFESSIS, DEBITIQUE JURE JUDICATIS TRIGINTA DIES JUSTI SUNTO. POST DEINDE MANUS INJECTIO ESTO, IN JUS DUCITO, NI JUDICATUM FACIAT, AUT QUIS ENDO EM JURE VINDICET, SECUM DUCITO, VINCITO AUT NERVO AUT COMPEDE QUINDECIM PONDO NE MAJORE, AUT SI VOLET MINORE VINCITO; SI VOLET SUO VIVITO; NI SUO VIVIT, QUI EM VINCTUM HABEBIT, LIBRAS FARRIS IN DIES DATO, SI VOLET PLUS DATO. Hunc autem subinde morem C. Poetilio, L Papyrio Mugillano Consulibus fuisse sublatum, tradit Livius Lib. VIII. Cap. 28. *Eo anno plebi romanae velut aliud initium libertatis factum est, quod ligari nexi desierint: mutatum autem jus ob unius foeneratoris simul libidinem, simul crudelitatem insignem.* *L. Papyrius is fuit, cui quum se C. Publilius ob aes alienum paternum nexum dedisset; quae aetas, formaque misericordiam elicere poterant, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt ... postquam aspernabantur flagitium aures ... nudari jubet, verberaque afferri. Quibus laceratus juvenis quum se in publicum proripuisset ... ruptum eo die ob impotentem injuriam unius ingens fidei vinculum: jussique Consules ferre ad populum, nequis, nisi qui noxam meruisset, in compedibus, aut nervo teneretur. Pecuniae creditae bona debitoris non corpus obnoxium esset. Ita nexi soluti; cautumque, in posterum ne necterentur.* Pari modo Athenis moderatum legem de nexis fuisse Solonem, testatur Diodorus Siculus Lib. I. qui *cives universos ob aere alieno in corporis nexum credito, liberavit.* Opinati nonnulli sunt, *nexos* in servilem incidisse conditionem; quod doctissime, summoque jure improbat Heinecius *Antiq. Rom. ad Inst. Lib. III. tit.* 330. nullus siquidem ingenuus libera in civitate trahi in servitutem, ne sua quidem voluntate, poterat.



Quum

Alere nolunt hominem edacem: & ſapiunt mea [1] ſententia,
Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.
*Get.* Non pote ſati' pro merito ab illo tibi referri gratia.
*Phor.* Imo enim nemo ſati' pro merito gratiam regi refert.
Tene aſymbolum venire, unctum, atque lautum a balneis,
Otioſum ab animo, cum ille & cura & ſumptu abſumitur,
Dum tibi ſit [a], quod placeat: ille ringitur, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas: coena dubia apponitur?
*Get.* Quid iſtuc verbi eſt? *Phor.* Ubi tu dubites, quid ſumas potiſſimum.
Haec, quum rationem ineas, quam ſint ſuavia, & quam cara ſint;
Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praeſentem deum?
*Get.* Senex adeſt: vide quid agas: prima coitio eſt acerrima:
Si eam ſuſtinueris, poſtilla jam, ut lubet, ludas licet.

VARIANTES LECTIONES

*a* fit.
1 mea quidem.

*Ah non vorranno un mangiator d' attorno;*
*E a mio parer l' intendon molto bene:*
*Se non voglion pagar una mal opra*
*Con un favore immenſo.* Get. *Il mio Antiſone*
*Non ti ringrazierà mai, quanto meriti.*
For. *Anzi noi altri mai non ſiam baſtanti*
*A ringraziare i noſtri buon padroni.*
*E che, forſe ti par coſa da nulla*
*Cenare a uſſo, e di odoroſi unguenti*
*Olezzar tutto, e uſcir fuora del bagno*
*Freſco, e pulito, e ſtar queto di mente,*
*Quando eglino, acciocchè nulla ti manchi,*
*Son roſi da penſieri, e dalle ſpeſe?*
*Egli ſi arrabbia, e tù contento ridi;*
*Tu bevi il primo, e primo a menſa ſiedi,*
*Menſa piena di dubbj.* Get. *Oh che vuol dire*
*Menſa piena di dubbj?* For. *Egli vuol dire,*
*Che tu rimanga incerto da qual piatto*
*Tu debba ſpecialmente dar principio.*
*Ora quando avrai tu penſato bene*
*Di che prezzo elle ſon sì fatte coſe,*
*Ed il piacere, che da lor deriva,*
*Dimmi chi ti terrà, che un tal Signore*
*Tu non adori in terra al par d' un dio?*
Get. *Il vecchio è qui preſente, ſta in cervello;*
*Il primo attacco è certamente acerbo:*
*Ma ſe tu lo ſoſtieni, dopo quello*
*Tutto il reſtante ridurraſſi a giuoco.*

## NOTAE

Quum itaque obaerati in Creditoris domum inducti alimenta ab eo acciperent; Phormio paraſitaſter quidem ait, ſi judicis ſententia in litis expenſas damnetur, domum a Demiphone, cui ſolvendo impar ſit, minime ſe ductum fore: Alere enim nolet hominem edacem, nec pro maleficio beneficium ſummum reddere.

Ter. Phorm. Fig. VIII.

*Act. II. Scena II.*

*Dem.* EN unquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam injuriam, quam haec est mihi?
Adeste quaeso. *Get.* Iratus est. *Phor.* Quin tu age [1], st.
Jam ego hunc agitabo. proh deum immortalium!
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam? *Get.* Negat.
*Dem.* Ipsum esse opinor, de quo agebam: sequimini.
*Phor.* Neque ejus patrem se scire, qui fuerit? *Get.* Negat.
*Phor.* Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? *Get.* Negat.
*Phor.* Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,
Neglegitur ipsa: vide, avaritia quid facit.

*Get.* Si

VARIANTES LECTIONES

1 hoc ages.

Demifo, Geta, e Formione.

Dem. D*Ite per avventura, udiste mai*
*Fatta ad alcuno ingiuria sì villana,*
*C*[illegible]*lla è questa mia? vi prego tutti*
Dem. *A* [illegible] *abbandonarmi.* Get. *Avvampa d' ira.*
For. *Taci* [illegible] *che or lo vo' mettere a leva.*
*Per gl' immortali dei nega Demifo,*
*Che questa Fania a lui parente sia,*
*Demifo nega, che gli sia parente?*

Get. *Lo nega.* Dem. *Questi a me sembra colui,*
*Del qual vi ragionava: seguitatemi.*
For. *Ne sa chi il padre suo si fosse?*
Get. *Il nega.*
For. *Ne lo stesso Stilfone e' sa chi fosse?*
Get. *Lo nega.* For. *Perchè povera è rimasta*
*La meschina, s' ignora il padre suo;*
*Ed essa è disprezzata: oh vedi un poco*
*Quel che fa l' avarizia!* Get. *Se tu accusi*

*Il*

*Get.* Si herum insimulabis avaritiae [a], male audies.
*Dem.* O audaciam! etiam me ultro accusatum advenit?
*Phor.* Nam jam adolescenti nihil est quod succenseam,
Si illum minus norat: quippe homo jam grandior,
Pauper, cui opera vita erat, ruri fere
Se continebat: ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat: saepe interea mihi senex
Narrabat, se hunc neglegere cognatum suum:
At quem virum? quem ego viderim in vita optumum.
*Get.* Videas te, atque illum ut narras. *Phor.* Abi [1] in malam crucem [b]:
Nam ni ita eum [c] existumassem, numquam tam graveis
Ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam inliberaliter.
*Get.* Pergin' hero absenti male loqui, impurissime?
*Phor.* Dignum autem hoc illo est. *Get.* Ain' tandem carcer? *Dem.* Geta.
*Get.* Bonorum extortor, legum contortor. *Dem.* Geta.
*Phor.* Responde. *Get.* Quis homo est? ehem. *Dem.* Tace. *Get.* Absenti tibi
Te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessavit dicere hodie. *Dem.* Ohe, desine.
Adolescens, primum abs te hoc bona venia peto,
Si tibi placere potis est, mihi ut respondeas:

Quem

VARIANTES LECTIONES

*a* malitiae. *In utroque Codice.* *b* I in malam crucem. *c* eum esse existumassem.
*1* Abi hinc.

*Il padron mio d' avaro, andratti male.*
Dem. *Che sfrontato! e di più vuolmi accusare!*
For. *Contro Antifon non ho cosa da dire,*
*Se e' non l' ha conosciuto: certamente*
*Quegli era uomo già fatto, e poverello,*
*Che si nutriva colle sue fatiche,*
*E se ne stava per lo più in campagna,*
*Dove mio padre aveagli conceduto*
*Un pezzo di terren lavorativo:*
*Ed e' frattanto mi dicea sovente,*
*Come i parenti suoi non fean di lui*
*Conto veruno. Ed oh, l' uomo ch' egli era!*
*Nessuno vidi mai miglior di lui.*
Get. *Or tu con lui confronta, e vedi poi*
*Se lo stesso di te si possa dire.*
For. *Che ti spolpino i corvi. Credi forse,*
*Che, se stimato non l' avessi io tale,*
*Mi fossi inimicata per costei*
*Sì gravemente la vostra famiglia,*
*Che in modo sì villano or e' dileggia?*
Get. *E segui ancor, furfante, a sparlar male*
*Del mio padrone dietro alle sue spalle?*
For. *Se lo merita.* Get. *E ancora non ti cheti,*
*Uomo degno di carcere, e di ceppi?*
Dem. *Geta.* Get. *De' beni altrui estortitore,*
*Contorcitore delle leggi.* Dem. *Geta.*
For. *Rispondi.* Get. *Chi mi chiama? oh!...* Dem. *Non parlare.*
Get. *Te lontano, costui non ha cessato*
*In tutt' oggi a ingiuriarti con paro-*
*Di te non degne, e degne assai di*
Dem. *Oh via finiamla: io te domando in prima*
*Quel giovane, e con pace, e quando sia*
*Con tuo piacer, che a' detti miei risponda;*

Chi

Quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi,
Et qui, cognatum me sibi esse, diceret.
*Phor.* Proinde expiscare, quasi non nosses. *Dem.* Nossem? *Phor.* Ita.
*Dem.* Ego me nego: tu, qui ais, redige ad memoriam.
*Phor.* Eho, tu sobrinum tuum non noras? *Dem.* Enicas:
Dic nomen. *Phor.* Nomen? maxume. *Dem.* Quid nunc taces?
*Phor.* Perii hercle, nomen perdidi. *Dem.* Hem, quid ais? *Phor.* Geta,
Si meministi id, quod olim dictum est, subjice. hem,
Non dico: quasi non noris, tentatum advenis.
*Dem.* Egon' autem tento? *Get.* Stilpho. *Phor.* Atque adeo, quid mea?
Stilpho est. *Dem.* Quem dixti? *Phor.* Stilphonem, inquam, noveras?
*Dem.* Neque ego illum noram, neque mihi cognatus fuit
Quisquam isto nomine. *Phor.* Itane? non te horum pudet?
At si talentum rem reliquisset decem ...
*Dem.* Dii tibi male faciant. *Phor.* Primus esses memoriter
Progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens.
*Dem.* Ita ut dicis. ego tum cum advenissem, qui mihi
Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face.
Cedo, qui est cognata? *Get.* Heus noster, recte: heus tu cave.
*Phor.* Dilucide expedivi, quibus me oportuit
Judicibus. tum, id si falsum fuerat, filius
Cur non refellit? *Dem.* Filium narras mihi,

Cujus

*Chi fu colui, che affermi esser tuo amico,*
*E che diceva, che io gli son parente?*
For. *Oh bravo pescator! tu getti l'amo,*
*Quasi che non lo sappia.* Dem. *Che io lo sappia?*
For. *Si certo.* Dem. *Te lo nego: tu che il dici,*
*Me lo torna in memoria.* For. *Oh! il tuo Cugino*
*Non conoscevi?* Dem. *Tu mi ammazzi; dimmi*
*Il suo nome.* For. *Il suo nome? volentieri.*
Dem. *Me tu taci?* For. *Per dio, son rovinato:*
*Ho perduto il suo nome.* Dem. *Oh via che dici?*
For. *Geta, se ti sovvien di ciò, che io dissi*
*Teco una volta, adesso mel rammenta.*
*Io non so' dirlo, quasi che nol sappia,*
*E veggio ben, che vieni ad iscalzarmi.*
Dem. *A scalzarti!* Get. *Stilfone.* For. *Alla fin fine:*
*E che mi importa il dirlo? egli è Stilfone.*
Dem. *Che hai tu detto?* For. *Stilfone. E certamente*
*Tu l'avrai conosciuto.* Dem. *A' giorni miei*
*Non l'ho veduto mai; e mio parente*
*Di questo nome alcun non ebbi mai.*
For. *Così dunque tu dici? e non hai punto*
*Rossor di cose tali? ma se a caso*
*Lasciato ti avesse e' dieci Talenti...*
Dem. *Il malan, che ti colga.* For. *Il primo allora*
*Saresti a avere in punta della lingua*
*I nomi tutti della vostra stirpe,*
*Dal nonno incominciando, e dal bisnonno.*
Dem. *Tu dì bene. Or se io giungeva a tempo*
*A quel giudizio, conforme avrei detto*
*La maniera, per cui mi era parente,*
*Così fare tu dei. Orsù mi narra,*
*Come mi era parente.* Get. *Molto bene*
*La discorri padrone; e oh tu, ti guarda.*
For. *I giudici, li quali era mio peso*
*D'informar sopra ciò, feci capaci;*
*E se nello informare esposi il falso,*
*Perchè non rigettollo il tuo figliuolo?*
Dem. *Del figlio mio tu parli, ch' è sì sciocco,*

*Che*

Cujus de ſtultitia dici, ut dignum eſt, non poteſt?
*Phor.* At tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi,
Judicium de ea cauſſa iterum [a] ut reddant tibi:
Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet
Hic de eadem cauſſa bis judicium adipiſcier.
*Dem.* Etſi facta mihi injuria eſt, veruntamen
Potius quam lites ſecter, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata ſi ſit, id quod lex jubet
Dotem [b] dare: abduce hanc, minas quinque accipe.
*Phor.* Ha, ha, hae, homo ſuavis! *Dem.* Quid eſt? num iniquom poſtulo?
An ne hoc quidem ego adipiſcar, quod jus publicum eſt?
*Phor.* Itane [c] tandem quaeſo, ubi abuſu' ſis,
Mercedem dare lex jubet ei, atque amittere; an
Ut ne quid turpe civis in ſe admitteret
Propter egeſtatem, proxumo juſſa eſt dari,
Ut cum uno aetatem degeret, quod tu vetas?
*Dem.* Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quam ob rem? *Phor.* Ohe,
Actum, ajunt, ne agas. *Dem.* Non agam? imo haud deſinam,
Donec perfecero hoc. *Phor.* Ineptis. *Dem.* Sine modo.
*Phor.* Poſtremo tecum nihil rei nobis, Demipho, eſt:

Tuus

VARIANTES LECTIONES.

a alterum. b Dotis. c Itane tandem, quaeſo, item ut meretricem ubi abuſus ſis. *Sic etiam in altero Codice.*

*Che non può dirſi della ſua ſciocchezza*
*Tanto quanto biſogna, e ch' e' ſi merita?*
For. *Ma tu, che ſei sì ſaggio, a' magiſtrati*
*Vanne, acciocchè ſu queſta cauſa ſteſſa*
*Ti aſcoltino di nuovo: ogni qual volta*
*Fai quì tanta figura, e a te ſol lice*
*Sopra una cauſa aver doppio giudizio.*
Dem. *Sebben mi ſi fa torto; nondimeno*
*Prima che litigare, o pur chiarirmi*
*Del modo, onde colei mi ſia parente,*
*La vo' dotar, conforme vuol la legge:*
*Orſù menala via: para la mano,*
*Eccoti cinque mine.* For. *Ah, ah tu ſei*
*Veramente ſoave.* Dem. *Oh che ci è egli?*
*Forſe ti chieggio ingiuſte coſe? o forſe*
*Mi ſi vorrà negar ciò, che permette*
*Il pubblico diritto a chi che ſia?*
For. *Così dunque le leggi avran fermato,*
*Che uſando alcun con donna cittadina,*
*E' la poſſa trattar da meretrice*
*Col pagarla, e levarſela d' attorno?*
*O pure avran voluto, acciocchè mai*
*Donna civile in povertà rimaſa*
*Coſa non faccia del ſuo grado indegna,*
*Che alcun parente ſe la prenda in moglie,*
*E ſeco meni tutta la ſua vita,*
*E tu vuoi ciò vietare?* Dem. *Io non lo vieto.*
*Diaſi pure a un parente. Ma in che modo*
*Or noi ci entriamo, e d' onde, e per qual via?*
For. *Ohe tu imbotti la nebbia:*
*Laſcia omai di toccare queſto taſto.*
Dem. *Che io laſci di toccarlo? vo' toccarlo,*
*Ne laſcierollo mai, finchè io non abbia*
*Data l' ultima mano a queſto affare.*
For. *Cominci a dar di volta.* Dem. *Aſpetta un poco.*
For. *Ma finalmente teco, Demifone,*

Il

Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua
Praeterierat jam ducendi aetas [1]. *Dem.* Omnia haec
Illum putato, quae ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibebo domo.
*Get.* Iratus est. *Phor.* Tute idem melius feceris.
*Dem.* Itane es paratus facere me advorsum omnia?
Infelix! *Phor.* Metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. *Get.* Bene habent tibi principia. *Phor.* Quin, quod est
Ferundum, fers? tuis dignum factis feceris,
Ut amici inter nos simus. *Dem.* Egon' tuam expetam
Amicitiam; aut te visum, aut auditum velim?
*Phor.* Si concordabis cum illa, habebis, quae tuam
Senectutem oblectet: respice aetatem tuam.
*Dem.* Te oblectet: tibi habe. *Phor.* Minue vero iram. *Dem.* hoc age:
Satis jam verborum est: nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eiiciam: dixi Phormio.
*Phor.* Si tu illam attigeris, secus quam dignum est liberam,
Dicam impingam tibi grandem: dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus domo me. *Get.* Intellego.

VARIANTES LECTIONES

1 ad ducendam aetas.

*Io non ho che spartire. Il tuo figliuolo,*
*Non te danna la legge: l'età tua*
*Già ti francheggia dal pigliar mogliera.*
Dem. *E tu ti pensa, che quant'or ti dico,*
*Te lo dica il mio figlio; o che da casa*
*Con tal consorte terrò lui lontano.*
Get. *Or gli è salita la mostarda al naso.*
For. *Meglio faresti tu, se di tua casa*
*Uscissi, e vuota la lasciassi a lui.*
Dem. *Dunque sei così pronto, oh me tapin*
*A darmi contro in tutte le mie cose:*
For. *Costui sebben nol mostra (e assai si copr*
*Ha un timore di noi, che se ne spirita.*
Get. *I principj van bene.* For. *Anzi sopporta*
*Ciò ch'è da sopportarsi, e farai cosa*
*Degna di te, per cui saremo amici.*
Dem. *Che mai possa io bramar la tua amicizia,*
*O cercar di vederti, o di ascoltarti?*
For. *Se egli avverrà, che tu viva d'accordo*
*Con quella Nuora tua,*
*Avrai di che allegrar la tua vecchiezza:*
*Pensa, che molto in là tu sei con gli anni.*
Dem. *Te rallegri, tua sia.* For. *Non tanta collera.*
Dem. *Bada a me, non vo' più spender parole;*
*Se non ti affretti a menar via costei,*
*Io via la caccerò. Formione, ho detto.*
For. *Se in altra guisa tu la tratterai,*
*Che si convenga a nobile donzella;*
*Appetterotti un'accusa sonora*
*Da rovinarti. Demisone, ho detto.*
*O tu, se a sorte bisognasse nulla,*
*Sarò in casa.* Get. *So quello, che ho da fare.*

# NOTAE

[illegible] Licet Advocati nullum hac in Scena proferant verbum, [illegible]s tamen in Tabula, quae illi praeficitur, optimum fuit exhi[illegible]eri: quum Demipho suum cum ipsis sermonem aggrediatur: re[illegible]i notat Donatus, *longum enim fuerat, omnia haec post Scenam geri.* Merito itaque Daceria regiae parisiensis Bibliothecae Codicem arguit, quod ibi hac in Tabula Advocati non exprimantur.

Act. II. Scena III.

Dem. QUanta me cura, & ſolicitudine afficit
Gnatus, qui me & ſe hiſce impedivit nuptiis!
Neque mi in conſpectum prodit, ut ſaltem ſciam,
Quid de hac re dicat, quidve ſit ſententiae.
Abi tu, viſe redierit ne jam, an nondum, domum.
Get. Eo. *Dem.* Videtis, quo in loco res haec ſiet.
Quid ago? dic Hegio. *Heg.* Ego? Cratinum cenſeo,
Si tibi videtur. *Dem.* Dic Cratine *Cra.* Mene vis?
Dem. Te. *Cra.* Ego quae in rem tuam ſint, ea velim facias. mihi
Sic hoc videtur. quod te abſente hic filius
Egit, reſtitui in integrum aequom eſt, & bonum:

Et id

Demifone, Geta, Egione, Cratino, Crito Avvocati.
Dem. *QUanto mi affligge queſto mio figliuolo,*
*Che me con lui ha poſto in grande intrigo*
*Mercè di queſte nozze! e ancor nol veggio,*
*Almeno per ſaper ſopra un tal fatto*
*Che coſa egli ne dica, o che ne penſi.*
*Tu vanne, e guarda, s' è tornato ancora*
*A caſa.* Get. *Corro.* Dem. *Vedete ora voi*
*Lo ſtato, in cui ſi trova queſta coſa.*
*Egion, moſtrami ciò, che deggio fare.*
Eg. *Anzi, Cratino, ſe ti par, tel dico.*
Dem. *Dillo, Cratino.* Crat. *Ho da dir io?*
Dem. *Sì certo.*
Crat. *Vorrei, che tu faceſſi quelle coſe,*
*Che ti tornaſſer bene: Ora a me pare*
*Eſſere molto giuſto, e molto oneſto,*
*Che quanto da te lunge il tuo figliuolo*
*Ha fatto, tutto ſi debba annullare,*
*E le coſe ripor nell' eſſer priſtino:*

Lo che

Et id impetrabis: dixi. *Dem.* Dic nunc Hegio.
*Heg.* Ego ſedulo hunc dixiſſe credo: verum ita eſt;
Quot homines, tot ſententiae: ſuus cuique mos.
Mihi non videtur, quod ſit factum legibus,
Reſcindi poſſe: & turpe incoeptum eſt. *Dem.* Dic Crito.
*Cri.* Ego amplius deliberandum cenſeo:
Res magna eſt. *Heg.* Numquid nos vis? *Dem.* Feciſtis probe:
Incertior ſum multo, quam dudum. *Get.* Negant
Rediiſſe. *Dem.* Frater eſt expectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re conſilium, id ſequar
Percontatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat.
*Get.* At ego Antiphonem quaeram, ut, quae acta hic ſint, ſciat.
Sed eccum ipſum video in tempore huc ſe recipere. *

VARIANTES LECTIONES

1 id exequar.

*Lo che impetrar ti fia leggiero. Ho detto.*
Dem. *Egione, ora dì tu.* Eg. *Certo coſtui*
*Ha parlato con molta avvedutezza:*
*Ma egli è pur troppo ver quel che ſi dice;*
*Tanti pareri ſon, quanti ſon capi:*
*E in oltre ogn' uno a modo ſuo l' intende*
*Però non parmi, che annullar ſi poſſa*
*Una coſa, che fatta abbian le leggi,*
*E il ſol tentarlo fora coſa ſconcia.*
Dem. *Dì tu, Crito.* Crit. *Quì ci vuol del tempo,*
*Per fare un buon conſulto; la materia*
*E' di grande importanza.* Eg. *Altro da noi*
*Vuoi tu?* Dem. *Obbligato mi dichiaro a tutti*
*Adeſſo ne ſo meno aſſai di prima.*
Get. *Ancor non è tornato.*
Dem. *Egli è d' uopo, che aſpetti il mio fratello;*
*E qual darammi in queſto affar conſiglio,*
*Tale l' eſſeguirò: non ſo a qual ora*
*Egli a caſa ritorni: andronne al Porto*
*Per ſaperlo.* Get. *Io di Antiſone intanto*
*Ricercherò per dirgli ad un puntino*
*Tutto quel, che ſi è fatto: ma ſen viene*
*Egli ſteſſo opportuno a queſta volta.*

# NOTAE

* Daceria marte ſuo ultimum ab hac Scena verſum amputat „ parcequ', inquit, il eſt ridicule en ce, qu' il lie cet „ Acte avec le troiſieme, & qu'il eſt impoſſible de trouver l' in„ termede, qui doit ſeparer ces deux Actes, ſi l' on recoit ce „ vers. Celà me paroit inconteſtable: cette Comedie n' auroit, „ que quatre actes: je m' etonne, que perſonne ne s' en ſoit „ apperçu. „

Rectene hoc a Daceria factum, judicent alii. Ego quidem, nemini licere, arbitror, alienum textum mutilare; ab Heinſio autem, quem tamen ex inſtituto ſequor, perperam hic Actum concludi: vacuum ſiquidem, occurrente Getae Antiphone theatrum eſſe non poteſt: Facili tamen negocio fieri Actuum diviſionem poſſe, ſi Tertii ſumatur initium a Demiphonis verbis *Quid? Qua profectus cauſa &c.* Quartus exordiatur ab inductione Sophronae in Scenam ea proferentis *Quid agam, quem amicum inveniam &c;* Quintus tandem ab illis Antiphonis verbis *Laetus ſum, ut ut meae res ſeſe habent*: minimi enim faciendum puto, duabus vel tribus Scenis Actum confici; quod non raro in Terentii Comoediis evenire comperimus.

Act. III Scena I.

*Ant.* ENimvero, Antipho, multimodis cum iſtoc animo vituperandus es.
Itane te hinc abiiſſe, & vitam tutandam dediſſe aliis tuam[a]?
Alios tuam rem credidiſti, quam tete, animadverſuros magis?
Nam, ut ut erant alia, illi certe conſuleres, quae nunc tibi domi eſt[b],
Ne quid propter tuam fidem decepta potiretur[1] mali:
Cujus nunc miſerae ſpes, opeſque ſunt in te uno[c] omnes ſitae.
*Get.* Equidem, here, nos jam dudum hic te abſentem incuſamus, qui abieris.
*Ant.* Te ipſum quaerebam. *Get.* Sed ea cauſſa nihilo magis defecimus.
*Ant.* Loquere, obſecro, quonam in loco ſunt res & fortunae meae[2]?

Nun-

VARIANTES LECTIONES

a tuam *deeſt in Codice*. b illi certe, quae nunc tibi domi eſt, conſuleres. c uno *deſideratur*.
1 pateretur. 2 Loquere, obſecro, quonam in loco ſint res, & fortunae meae.

Antifone, e Geta.

Ant. *PEr verità, Antifon, degno tu ſei,*
*Con queſto animo tuo tanto da poco,*
*Di biaſimo. Così dunque partiſti*
*Di queſto luogo, e deſti la tua vita*
*Alla difeſa altrui?*
*E ti credeſti, che la robba tua*
*Avrebbe più di te curata ogni altro?*
*Poichè comunque tutte l' altre coſe*
*Si foſſer, provveduto avreſti almeno*
*A quella, che in tua caſa or ſi ritrova,*
*Acciocchè ſotto la tua data fede*
*Non patiſſe ingannata affronto alcuno;*
*Di cui, meſchina, le ſperanze tutte,*
*E tutto il ſuo conforto in te riſiede.*
Get. *Gli è gran tempo, padron, che tutti noi*
*Te la tiriamo giù, perchè partiſti.*
Ant. *Te ſteſſo iva cercando.* Get. *Nondimeno*
*Nell' affar tuo non ſi è mancato in nulla.*
Ant. *Dimmelo, te ne prego, in quale ſtato*

Sono

Nunquid patri subolet? *Get.* Nil etiam. *Ant.* Ecquid spei porro est? *Get.* Nescio. *Ant.* Ah.

*Get.* Nisi Phaedria haud cessavit pro te eniti. *Ant.* Nihil fecit novi.

*Get.* Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis, strenuum hominem praebuit.

*Ant.* Quid is fecit? *Get.* Confutavit verbis admodum iratum senem.

*Ant.* Heu Phormio. *Get.* Ego, quod potui porro. *Ant.* Mi Geta, omnes vos amo.

*Get.* Sic sese habent principia, ut dico: adhuc tranquilla res est:

Mansurusque patruum pater est, dum huc adveniat. *Ant.* Quid eum? *Get.* Ajebat [1],

De ejus consilio velle sese facere, quod ad hanc rem attinet.

*Ant.* Quantus metus est mihi, venire huc [a] salvom nunc patruum, Geta.

Nam, ut audio, per unam ejus aut vivam, aut moriar sententiam.

*Get.* Phaedria tibi adest. *Ant.* Ubinam? *Get.* Eccum ab sua palaestra exit foras.

VARIANTES LECTIONES

*a* Quantum metus est mihi, videre huc &c.

1 Ut ajebat.

*Sono or le cose mie, le mie fortune?*
*Mio padre mostra averne alcun sentore?*
Get. *No per ancora.* Ant. *E che deggio sperare?*
Get. *Non sollo.* Ant. *Ahimè!* Get. *Se non che tuo cugino*
*Per te fece ogni sforzo.* Ant. *Certamente*
*Non fè cosa di nuovo,* Get. *E Formione*
*Si portò in questo, e in altro come un Marte.*
Ant. *Oh! che fece egli?* Get. *A forza di parole*
*L'irato vecchio egli confuse, e vinse.*
Ant. *Viva Formione.* Get. *Io poi del certo*
*Feci quel, che potei.* Ant. *Geta mio caro,*
*Vi amo tutti.* Get. *Così sono i principj,*
*E fino a qui la cosa ella è tranquilla.*
*Tuo padre aspettar vuole il suo fratello,*
*Che ritorni da Lenno.* Ant. *Ed a qual fine?*
Get. *Diceva voler lui pendere in tutto*
*Da' suoi consigli sopra questo affare.*
Ant. *Così possa e' mancar, Geta, tra via,*
*Quando siccome ascolto, il viver mio,*
*O il mio morir si sta nella sua bocca.*
Get. *Eccoti Fedria* Ant. *Ov' è?* Get. *Vedilo appunto*
*Ch' egli esce fuora dalla sua palestra.*

*Act. III. Scena II.*

*Ph.* DOrio, audi, obſecro. *Dor.* Non audio. *Ph.* Parumper. *Dor.* Quin omitte me.
*Ph.* Audi, quod dicam. *Dor.* At enim taedet jam audire eadem millies [a].
*Ph.* At nunc dicam, quod lubenter audias. *Dor.* Loquere, audio.
*Ph.* Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quo nunc abis?
*Dor.* Mirabar, ſi tu mihi quidquam afferres novi.
*Ant.* Hei metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti. *Get.* Idem ego metuo [b].
*Ph.* Non mihi credis [c]? *Dor.* Hariolare. *Ph.* Sin fidem do. *Dor.* Fabulae.
*Ph.* Foeneratum iſtuc beneficium tibi pulchre dices. *Dor.* Logi.
*Ph.* Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc eſt. *Dor.* Somnium.

*Ph.* Ex-

VARIANTES LECTIONES

*a* taedet etiam audire eadem miliens. *b* vereor. *c* Nondum mihi credis?

Fedria, Dorio, Antifone, Geta.

Fed. D*Orio, ti prego, aſcoltami.* Dor. *Non ti odo.*
Fed. *Due parole . . .* Dor. *Mi laſcia.*
Fed. *Aſcolta in grazia*
*Quello, che ti vo' dir.* Dor. *Soffrir non poſſo*
*Le ſteſſe coſe udir millanta volte.*
Fed. *Ma adeſſo mi udirai con tuo piacere.*
Dor. *Parla, che io ti odo.* Fed. *Non potrò impetrare,*
*Che qui ti fermi per queſti tre giorni?*
*Dove ten vai?* Dor. *Avea ben io ſtupore,*
*Che mi apportaſſi tu coſa di nuovo.*
Ant. *Ah temo, che il mezzan non imbaſtiſca*
*A Fedria alcuno inganno: Che a lui poſſa*
*Ricader ſopra.* Get. *Io ne ho paura anch'io.*
Fed. *Non mi hai fede?* Dor. *Per certo l'indovini.*
Fed. *Ma te ne do parola.* Dor. *Tutte favole.*
Fed. *Vedrai, che frutteratti a maraviglia*
*Sì fatta grazia.* Dor. *Chiacchiere.* Fed. *Ti giuro*
*Che goderai di avermi compiaciuto,*
*Ed è vero per dio quel, che io ti dico.*

Dor. Te

*Ph.* Experire ; non est longum. *Dor.* Cantilenam eamdem canis.
*Ph.* Tu mihi cognatus, tu parens [1], tu amicus. *Dor.* Garris modo.
*Ph.* Adeon' ingenio te esse duro, atque inexorabili,
Ut neque misericordia, neque precibus molliri queas?
*Dor.* Adeon' te esse incogitantem atque impudentem, Phaedria [a],
Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis [2]?
*Ant.* Miseritum est. *Ph.* Hei veris vincor. *Get.* Quam similis uterque est sui!
*Ph.* Neque, alia Antipho quum occupatus esset solicitudine,
Tum esse hoc mi objectum malum? *Ant.* Ah, quid istuc autem est, Phaedria?
*Dor.* O fortunatissime Antipho. *Ant.* Egone? *Ph.* Cui, quod amas, domi est:
Nec cum huju' modi unquam usus [3] venit ut conflictares [b] malo.
*Ant.* Mihin' domi' st? immo, id quod ajunt, auribus teneo lupum:
Nam neque, quo [c] amittam [4] a me, invenio, neque, uti retineam, scio.
*Dor.* Ipsum istuc mihi in hoc est. *Ant.* Eja, ne parum leno sies.
Nam [d] quid [5] hic confecit? *Ph.* Hiccine? quod homo inhumanissimus:
Pamphilam meam vendidit. *Get.* Quid? vendidit? *Ant.* Ain', vendidit?
*Ph.* Vendidit. *Dor.* Quam indignum facinus, ancillam aere emptam suo [e]
*Ph.* Nequeo exorare, ut me [f] maneat, & illo cum ut mutet fidem
Triduum hoc, dum id, quod est promissum, ab amicis argentum aufero.
Si non

VARIANTES LECTIONES

*a* atque impudentem, Phaedria, ne modo — Ut me phaleratis ducas dictis, & meam ductis gratiis? *b* conflictatis. *c* quo pacto eam mittam, neque uti. *d* Nunc. *e* meo. *f* me *in neutro legitur Codice.*

1 tu mihi parens. 2 duces gratis? 3 tibi usus. 4 quomodo a me amittam. 5 Num quid.

Dor. *Tu sogni.* Fed. *Fanne pruova: il tempo è breve.*
Dor. *Tu canti la medesima canzone.*
Fed. *Tu parente, tu padre, e tu mio amico...*
Dor. *Canta pure a tua posta.*
Fed. *E sarà ver, che sii di così duro*
*Ed ostinato cuor, che non si possa*
*Ammollir per pietade, e per preghiera?*
Dor. *E sarà ver, che sii sì spensierato,*
*E sfrontato così, che tu ti creda*
*Di raggirarmi colle tue parole,*
*Ed averti colei senza un quattrino?*
Ant. *Mi fa pietà di lui.* Fed. *Ah che pur troppo*
*E' dice il vero.* Get. *Quanto questi due*
*Rappresentano ben la parte loro!*
Fed. *E questa mia disgrazia*
*In peggior tempo mi potea accadere,*
*Quando Antifone anch' egli è pien di cure!*
Ant. *Ah che cosa è cotesta, amato Fedria?*
Fed. O *Antifon felicissimo...* Ant. *A me dici?*
Fed. *Che quel, che tu ami, ti ritrovi in casa,*
*Ne ti fu d' uopo mai l' aver che fare*
*Con gente di tal sorta.* Ant. *In casa mia*
*Ho quel che io amo! ah Fedria per gli orecchi,*
*Siccome dir si suole, io tengo il Lupo,*
*Che non trovo la strada di lasciarla,*
*O ver di ritenerla.* Dor. *Io sono pure*
*In cotesta medesima positura.*
Ant. *Su via sii pur, quanto esser puoi mezzano.*
*Che cosa ti ha fatto egli?* Fed. *Chi? costui?*
*Quel che può fare un crudelissimo uomo:*
*Ha Pansila venduta.*
Get. *Che! l' ha venduta!* Ant. *L' ha venduta, dici?*
Fed. *L' ha venduta.* Dor. *Fattaccio al certo indegno:*
*Comperare, e rivendere una Fante.*
Fed. *Impetrar non posso io, ch' egli mi aspetti,*
*E che manchi con quello di parola*
*Per tre dì soli; nel qual tempo spero,*
*Che il promesso denaro arrecherogli:*
*E se*

Si non tum dedero, unam praeterea horam ne oppertus ſies.

*Dor.* Obtundis. *Ant.* Haud longum eſt id quod orat, Dorio: exoret, ſine.
Idem hic tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.

*Dor.* Verba iſtaec ſunt. *Ant.* Pamphilamne hac urbe privari ſines?
Tum tu praeterea horunc' amorem diſtrahi poterin' pati?

*Dor.* Neque ego, neque tu. *Get.* Dii tibi omnes id, quod es dignus, duint.

*Dor.* Ego te compluries advorſum ingenium meum menſes tuli
Pollicitantem, & nil ferentem, flentem: nunc contra omnia haec,
Repperi, qui det, neque lacrumet. da locum melioribus.

*Ant.* Certe hercle ego ſatis ſi commemini, tibi quidem eſt olim dies,
Quam ad dares huic, praeſtituta. *Ph.* factum. *Dor.* Num ego iſtuc nego?

*Ant.* Jamne ea praeteriit? *Dor.* Non, verum ei haec anteceſſit. *Ant.* Non pudet
Vanitatis? *Dor.* Minime, dum ob rem. *Get.* Sterquilinium. *Ph.* Dorio,
Itane tandem facere oportet? *Dor.* Sic ſum: ſi placeo, utere.

*Ant.* Siccine hunc decipis? *Dor.* Immo enimvero, Antipho, hic me decipit:
Nam hic me hujuſmodi ſciebat eſſe: ego hunc eſſe aliter credidi.
Iſte me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.
Sed ut ut haec ſunt, tamen hoc faciam. Cras mane argentum mihi
Miles dare ſe dixit: ſi mihi prior tu attuleris, Phaedria,
Mea lege utar, ut potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Vale.

*E ſe per ſorte io gli mancaſſi, allora*
*Un' altra ora di più e' non mi aſpetti.*

Dor. *Mi rompi il capo.* Ant. *Non è, Dorione,*
*Lungo tempo coteſto, che e' ti chiede:*
*Fagli queſto piacer, che per tal grazia*
*Ti ſarà largo di doppia mercede.*

Dor. *Coteſte ſon parole.* Ant. *E vorrai dunque,*
*Che perda Atene la ſua bella Panfila?*
*E potrai ſofferir, che ſi diſtacchi*
*Queſta amoroſa coppia uno dall' altra?*

Dor. *Ne tu, ne io abbiamo colpa in queſto.*

Get. *Ti dien gli ſommi Dei quel che tu merti.*

Dor. *Per molti meſi, fuor del mio coſtume,*
*Io te ſoffrii promettitor piangente,*
*E ſempre a mani vuote ... Ora ho trovato*
*Ogni coſa al contrario, voglio dire,*
*Un che paga, e non piange: a queſto tale,*
*Come a miglior di te tu cedi il luogo.*

Ant. *Certamente, ſe mal non mi ricordo,*
*Queſto giorno da te fu ſtabilito*
*Per lei dare a coſtui.* Fed. *Così egli è certo.*

Dor. *Che forſe ve lo nego?* Ant. *Ora egli ancora*
*Ti par paſſato?* Dor. *No. Ma queſto giorno*
*E' ſtato prevenuto da quell' altro.*

Ant. *Ne ti vergogni di mancar di fede?*

Dor. *Nulla affatto, purchè io faccia guadagno.*

Get. *Che tu poſſa affogar 'n un letamajo.*

Fed. *Dorio, dunque così far mi biſogna?*

Dor. *Io così ſono, e ſe così ti piaccio,*
*Di me ſerviti pure.* Ant. *E in guiſa tale*
*Inganni tu coſtui?* Dor. *Anzi piuttoſto*
*Eſſo, Antifon, me inganna. Egli ſapeva*
*La mia natura, io non ſapea la ſua,*
*Che l' ho creduto infino adeſſo altro uomo:*
*Sicchè egli mi ha ingannato: io nulla affatto*
*Mutato mi ſon mai da quel, che fui.*
*Ma comunque ſi ſtian' or le coſe,*
*Queſto indurrommi a far. Doman l' argento*
*Promiſe di portarmi quel Soldato:*
*Se tu mel porterai prima di lui,*
*Io ti farò goder del beneſizio*
*Di una mia legge, per cui preferito*
*E' quegli a tutti, che primier mi porta.*
*Addio.*

*Ph.* QUid faciam ? unde ego nunc tam ſubito huic argentum inveniam miſer,
Cui minu' nihilo eſt ? quod ſi hic pote fuiſſet exorarier
Triduum hoc, promiſſum fuerat. *Ant.* Itane hunc patiemur, Geta,
Fieri miſerum, qui me dudum, ut dixti, adjurit comiter ?
Quin, quum opus eſt [a], beneficium rurſum ei [b] experimur [1] reddere ?
*Get.* Scio equidem hoc eſſe aequom. *Ant.* Age ergo, ſolus ſervare hunc potes.
*Get.* Quid faciam ? *Ant.* Invenias argentum. *Get.* Cupio: ſed, id unde, edoce.
*Ant.* Pater adeſt hic. *Get.* Scio: ſed quid tum ? *Ant.* Ah, dictum ſapienti ſat eſt.
*Get.* Itane ? *Ant.* Ita. *Get.* Sane hercle pulchre ſuades: etiam tu hinc abis ?

Non

VARIANTES LECTIONES.

a quod opus eſt. b experiamur reddere.
1 experiamur.

Fedria, Antifone, e Geta.

Fed. *CHe farò mai ?*
*D' onde, miſero me, potrò sì preſto*
*Ritruovare il danaro per coſtui,*
*Io che ho meno di nulla ? che ſe almanco*
*Aveſſimo ottenuto que' tre ſoli*
*Giorni di tempo; già mi era promeſſo ...*
Ant. *Così noi dunque ſoffriremo, o Geta,*
*Che ogn' or coſtui ſi renda più infelice,*
*Che poco fa, conforme tu mi hai detto,*
*Ajutommi con tanta corteſia ?*
*E non piuttoſto, or ch' egli ne ha biſogno,*
*Non c' induſtriam, l' avuto benefizio*
*Riſtituirgli ?* Get. *Io ſo, che queſto è giuſto.*
Ant. *Su dunque, che tu ſol ſalvar lo puoi.*
Get. *Che dovrò fare ?* Ant. *Ritruovar l' argento.*
Get. *Lo bramo: ma mi moſtra ove trovarlo.*
Ant. *Mio padre è qui preſente.*
Get. *Lo ſo: ma poi che ne avverrà da queſto ?*
Ant. *A buono intenditor poche parole.*
Get. *Così ne ?* Ant. *Così certo.* Get. *In fede mia*
*Tu mi dai veramente un bel conſiglio.*

 *Ma*

Non triumpho, ex nuptiis tuis ſi nil nanciſcor mali,
Ni etiam nunc me hujus cauſſa quaerere in malo jubeas crucem

*Ant.* Verum hic dicit. *Ph.* Quid? ego vobis, Geta, alienus ſum? *Get.* Haud puto:
Sed parumne eſt, omnibu' quod nunc nobis ſuccenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam, ut nullus locu' relinquatur preci?

*Ph.* Alius ab oculis meis illam in ignotum [a] abducet locum? hem:
Dum igitur licet, dumque adſum, loquimini mecum Antipho:
Contemplamini me. *Ant.* Quamobrem? aut quidnam facturus, cedo?

*Ph.* Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi,
Aut perire. *Get.* Dii bene vortant, quod agas: pedetentim tamen.

*Ant.* Vide, ſiquid opis potes adferre huic. *Get.* Si quid? quid? *Ant.* Quaere obſecro,
Nequid plus minuſve faxit [b], quod nos poſt pigeat,. Geta.

*Get.* Quaero: ſalvos eſt, ut opinor: verum enim metuo malum.

*Ant.* Noli metuere: una tecum bona, mala tolerabimus:

*Get.* Quantum argenti opus eſt tibi? loquere. *Ph.* Solae triginta minae.

Get.

VARIANTES LECTIONES

*a* hinc *in utroque Codice*. *b* faxis.

*Ma tu ancor ci abbandoni, e te ne vai?*
*Se io da queſte nozze non mi tiro*
*Qualche gran male addoſſo, non trionfo,*
*Senza che tu per queſta cauſa ſteſſa*
*Mi forzi ad incontrar l' ultimo danno.*

Ant. *E' dice il vero.* Fed. *E che? tu mi riguardi,*
*Geta, come io foſſi uomo foraſtiero?*

Get. *Non per certo. Ma dimmi è forſe poco,*
*Che il vecchio irato ſia con tutti noi,*
*Se noi di più non l' aizziamo in modo,*
*Che non ci ſia più luogo alle preghiere?*

Fed. *Intanto quella dalla viſta mia*
*Altri torrammi, e condurralla ſeco*
*In qualche parte ignota. Or mentre dunque*
*Lice, e nel mentre che io vi ſon preſente,*
*Parlate meco, e guardatemi bene.*

Ant. *Per qual ragione, o che vuoi far? favella.*

Fed. *In qualunque paeſe traſportata*
*Sarà colei; io là ne andrò del certo,*
*O morirò tra via.* Get. *Gli eterni dei*
*Favoriſcano ſempre ogni tua impreſa;*
*Ma và con piè di piombo.* Ant. *Vedi un poco,*
*Se arrecar tu gli puoi ſoccorſo alcuno.*

Get. *Soccorrerlo! e in che modo?* Ant. *Però penſaci*
*Ti prego, acciocchè poſcia egli non faccia*
*Coſa tale, di cui ne abbiam rammarico.*

Get. *La cerco: ed egli è in ſalvo a mio parere:*
*Ma ſto con del timor di qualche male.*

Ant. *Non temer: teco ſoffriremo inſieme*
*Il bene, e il mal.* Get. *Di quanto hai tu biſogno?*

Fed. *Di trenta mine ſole.* Get. *Trenta mine!*

*Ub*

## NOTAE

* Talenti, Minarumque Terentianis in Comoediis frequens quum oc urrat mentio, non injucundum fore arbitror legenti, nonnulla a me de hujuſce generis monetis differi, quae tamen Joanni Jacobo Hofmanno, Budaeo, Moreto, Perizonioque accepta refero. Ac primo quidem de Talento Attico, Minaque graecorum agi, nemini ulli dubium eſſe poteſt, tum quod Romani primum aere gravi, mox ſextertiis, denariis, aureiſque nummis, ſeu numiſmatibus, minime vero Talentis uſi ſint; tum etiam quod noſtras Comoedias Athenis agi certum ſit; ipſeque Terentius graecas Menandri, & Apollodori Comoedias ſe latinas feciſſe non uno in loco fateatur. Talentum praeterea minis, minas drachmis, oboliſque drachmas aeſtimari, eſt in comperto, ac demum drachmae denarium reſpondere, qui decem aſſibus conſtituebatur, pluribus *in locis* teſtatur Plutarchus: *aſſerit* tamen Joannes Fridericus Gronovius, ſi fiat diligens examen, ut libra a Mina, ſic drachmam a denario differre.

Denarius itaque & Drachma ſex obolos continebant: obolos autem capita una in parte, in altera [illegible] ſigna impreſſa habuiſſe, teſtatur Macrobius *Saturn. Lib. I. cap. 7. [illegible] fuiſſe ſignatum, hodieque, intelligitur in alea [illegible] denarios in ſublime jactantes capita aut [illegible]* que equidem hodiedum Romae hujuſmodi [illegible] pueris obleſtamento eſſe, dignoſcimus.

Sed quum graeca Mina, romanaque libra pro eadem [illegible]

[illegible]

*Get.* Triginta? hui, percara eſt Phaedria. *Ph.* Iſtaec vero vilis eſt.
*Get.* Age, age, inventas reddam. *Ph.* O lepidum caput. *Get.* Aufer te hinc. *Ph.* Jam
opus eſt.
*Get.* Jam feres. ſed opu' eſt, mihi Phormionem adjutorem ad rem hanc dari.
*Ant.* Praeſto eſt. audaciſſime oneris quidvis impone, & feret:
Solus eſt homo amico amicus. *Get.* Eamus ergo ad eum ocyus.
*Ph.* Abi verò: dic, praeſto ut ſit domi.
*Ant.* Numquid eſt, quod opera mea vobis opu' ſit? *Get.* Nil: verum abi domum, &
Illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu,
Conſolare. ceſſas? *Ant.* Nihil eſt, aeque quod faciam lubens.
*Ph.* Qua via iſtuc facies? *Get.* Dicam in itinere: modo te hinc amove.

VARIANTES LECTIONES

*Quae hic tribuuntur Phaedriae, deſunt in Codice, fortaſſe Scriptoris oſcitantia.*

*Uh Fedria, è trappo cara.* Fed. *Anzi val poco.*
Get. *Oh via, tu l' averai.* Fed. *O uom di garbo.*
Get. *Ma levati di quì.* Fed. *Queſto danaro*
*Adeſſo mi biſogna.* Get. *Già l' avrai.*
*Ma uopo è, che Formion mi dia di mano*
*In queſto affar.* Ant. *Noi l' abbiam ſempre all' ordine,*
*E qualunque gran peſo tu gli addoſſi,*
*Lo porterà ſenza timore alcuno:*
*Uom veramente amico dell' amico.*
Get. *Andiamo dunque ſubito da lui.*
Fed. *Vanne e gli dì, ch' egli mi aſpetti in caſa.*
Ant. *Io vi debbo ſervire in coſa alcuna?*
Get. *In neſſuna: ma vanne a caſa, e quella*
*Povera donna morta di timore*
*Conſola. e ancor non vai?* Ant. *Coſa neſſuna*
*E' che io far poſſa tanto volentieri.*
Fed. *Ma dimmi per qual via mi ajuterai?*
Get. *Tel dirò per iſtrada: Or di quì parti.*

# NOTAE

pretio ſeu pondere nummariis in ſummis apud graecos, latinoſque Scriptores uſurpetur; liceat referre, quae animadvertit Moretus in *Abaco Rationum*,, Nummi certo numero Drachmam, & Libram conſtituentes variis locis vario pondere fuerint, neceſſe eſt; tametſi pari numero in Drachma & Libra ferirentur. Cleopatras certe graecus grammaticus Libram graecam ait fuiſſe unciarum duodecim & ſemunciae: romanam vero duodecim omnino pependiſſe uncias, nemo neſcit. Eo fit, ut mina, quae eſt Libra graecorum, non potuerit cum romana Libra conſentire: quodque inde ſequitur, centum Drachmae Minam explentes nonaginta ſex denariis Libram romanam implentibus non reſponderint in pondere: tametſi graeci, latinique Scriptores leve quatuor drachmarum diſcrimen morati minime ſint.,,

Ex his itaque deducitur, graecorum Minam, Libramque romanorum non ejuſdem omninò fuiſſe ponderis, denariumque a drachma aliquantiſper differre, quod advertit laudatus Gronovius. Nec obeſt a Studioſis nummariae antiquitatis nummos quatuor argenteos, quos didrachmales vocant, (quaſi ſinguli nummi duabus drachmis conſtent,) argenti uncia aeſtimari, & comparari, juxta illud Rhemnii Fannii: *Uncia ſit drachmis bis quatuor*: praeter enim quam quod ſinguli didrachmales nummi duarum drachmarum pondus ſuperant; ipſa quoque antiquitas, & raritas, amor praeterea ac deſiderium illos acquirendi, pretii nonnihil habent. Duos didrachmales nummos hujuſmodi viſendos mihi praebuit in ſeleciſſimo ſuo Muſaeo humaniſſimus Ballerinus, quem honoris cauſſa ſemper nominatum volo. Caput Jani bifrontis inberbe & laureatum una in parte exhibent: In altera vero Jovem in citis Quadrigis, qui dextra tenet fulmen, laevaque veſtis laciniam cum Sceptro: & pone ipſum Victoria habenas equorum fraenans; in inferiori parte ROMA. Denarius ſi bigam *bigatum*, ſi quadrigam haberet, *quadrigatum* dictum fuiſſe docent Plinius *Nota argenti fuere Bigae, atque Quadrigae, & inde Bigati, Quadrigatique dicti*, & Feſtus *Nummi quadrigati, & bigati a figura caelaturae dicti*. Forma elegantiſſima, ſed in eo, qui figura quidem non autem pondere major eſt, ROMA inſcribitur preſſis intus caracteribus in morem Sigilli; quod Havercampus in Theſauro Morelliano duobus tantum in nummis conſularibus ſibi obſervare licuiſſe, aſſerit.

Denarius ergo ſex obolis vel decem aſſibus, drachma denario, Mina vero centum drachmis ſolebat aeſtimari: quod teſtatur laudatus Fannius:

*Accipe praeterea patrio quam nomine Graji*
*Mnan vocitant, noſtrique Minam dixere priores:*
*Centum hae ſunt drachmae.*

Quod fortaſſe Rollinio cauſſae fuit, ut aſſereret in Hiſtoria Perſarum & Graecorum, Minam quinquaginta gallicis libris conſtare; quod rectene ab eo prolatum ſit, non judico.

Hoſmannus putat, ante Solonis tempora Minam fuiſſe vel majorem, centum ſcilicet drachmarum, vel minorem quinque & ſeptuaginta, a Solone vero centum drachmis Minas ſingulas fuiſſe conſtitutas: ratione autem metalli, vel auream vel argenteam: utramque tamen centum drachmis, ſeu quinquaginta aureis graecorum nummis, eiſque minoribus conſtitiſſe: additque Aeginaeam Minam majori fuiſſe ponderis, quae ſcilicet centum ſexaginta ſex drachmis, & quatuor obolis aeſtimabatur.

De Talento vide pauca infra pag. 135.

Act. IV. Scena I.

*Dem.* Quid? qua profectus caussa hinc es Lemnum, Chremes,
Adduxtin' tecum filiam? *Chr.* Non. *Dem.* Quid ita non?
*Chr.* Postquam videt me ejus mater hic esse diutius,
Simul autem non manebat aetas virginis
Meam neglegentiam: ipsam cum omni familia
Ad me esse profectam, ajebant. *Dem.* Quid illic tamdiu
Quaeso igitur commorabare, ubi id audiveras?
*Chr.* Pol me detinuit morbus. *Dem.* Unde? aut qui? *Chr.* Rogas?
Senectus ipsa est morbus: sed venisse eas
Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat.
*Dem.* Quid gnato obtigerit me absente, audistin' Chreme?

*Chr.* Quod

Demifone, e Cremete.

Dem. *E Ben, Cremete, tu facesti poi*
*Quello, per cui ti trasferisti a Lenno?*
*Riconducesti teco la tua figlia?*
Crem. *No.* Dem. *Perchè no!* Crem. *Perchè la madre sua*
*Mentre vede, che qui mi fermo troppo,*
*E vede, che l' etade della figlia*
*Soffrir non può la negligenza mia,*
*Qua, conforme dicevano, venuta*
*Se n' era, e seco la famiglia tutta*
*Avea condotta.* Dem. *E tu sentito questo,*
*Perchè fermarti là sì lungo tempo?*
Crem. *Forza di malatia.* Dem. *E quale? e come?*
Crem. *Me lo domandi? La vecchiezza stessa*
*E' malatia. Ma che salve, e sane*
*Sieno qua giunte, ho udito dal Nocchiero,*
*Che l' ha condotte.* Dem. *Or ti è egli stato detto*
*Cremete, ciò, che nell' assenza mia*
*Avvenne al mio figliuol?* Crem. *Cotesto fatto*
*Mi*

*Chr.* Quod quidem me factum consilii incertum facit:
Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo,
Quo pacto, aut unde mihi sit, dicendum [1] ordine est.
Te mihi fidelem esse aeque, atque egomet sum mihi,
Scibam: ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin spreverit me, plus quam opus est scito, sciet:
Vereorque, ne uxor aliqua hoc resciscat mea.
Quod si fit, ut me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
*Dem.* Scio ita esse, & istaec mihi res solicitudini est [2]:
Neque defetiscar usque adeo experirier [*],
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

VARIANTES LECTIONES

Neque adeo defitiscar umquam experirier,
mihi dicendum. 2 & ideo istaec res mihi solicitudini est.

*Mi cava fuor di sesto: perchè se io*
*A un forestiero vorrò dar la figlia,*
*Bisognerà, che io gli racconti, come*
*L' ebbi, e da cui, e risaprassi il tutto;*
*Là dove di tua fede era io sicuro,*
*Quanto di me medesimo. Segreto*
*Il forestiero si starà, fintanto*
*Durerà l' amicizia infra di noi:*
*Ma se poi ci rompiamo, addio segreti.*
*Ed ho timor, che di questa faccenda*
*Non giunga alcun sentore alla mia moglie:*
*Lo che se avviene, a me non rimane altro,*
*Che assottigliar ben bene il mio cervello,*
*Pensare a' casi miei, e uscir di casa:*
*Perchè tra tutti i miei solo io son mio.*
Dem. *Egli è così, ben sollo, ed emmi a cuore*
*Cotesta cosa; e mai non stancherommi*
*Di tentar tutto, perchè al fin riesca*
*Quel tanto, che da me ti fu promesso.*

Ter. Phor. Fig. XIV.

Act. IV. Scena II.

*Get.* EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionem: venio ad hominem ut dicerem,
Argentum [1] opus esse, & id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quaerebat senem:
Diis gratias agebat, tempus sibi dari,
Ubi Phaedriae se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quam Antiphoni: hominem ad forum
Jussi opperiri: eo me esse adducturum senem.
Sed eccum [a]: quis est ulterior? at at at Phaedriae

Pater

VARIANTES LECTIONES

a Sed eccum ipsum *in utroque Codice*.
1 Argento.

Geta.

Get. N*Essun vidi io di Formion più scaltro.*
*Io vado a ritruovar per raccontargli,*
*Come ci era bisogno dell' argento,*
*E quale strada si potea tenere,*
*Per farlo: ed oh! la bocca apersi appena,*
*Che già mi avea capito: ne godeva:*
*Mi dava lodi: cercava del vecchio:*
*Ringraziava gli dei, che finalmente*
*Fosse giunto quel tempo, ove egli a Fedria*
*Mostrasse l'amor suo del tutto eguale*
*A quello d'Antifon: dissi, che in piazza*
*E' mi aspettasse, che colà condotto*
*Il vecchio gli averei.*
*Ma eccolo. E chi è quegli più lontano?*
*Ah ah, il padre è di Fedria. Ed io animale*

Di

Pater venit. quid [a] pertimui autem, bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mihi [b] dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.
Petam hinc, unde a primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiet, tum hunc adoriar hospitem.

VARIANTES LECTIONES

a Sed quid. b mihi *deest in Codice.*

*Di che ho temuto? perchè in cambio di uno*
*Alle mie frodi si presentan due?*
*Certo che sempre torneranmi meglio*
*Avere due speranze, che una sola.*
*Io chiederollo a Demifone in prima,*
*Conforme ho cominciato: e se da lui*
*Mi è dato; ciò mi basta: se mel nega;*
*Attaccherò questo altro, che venuto*
*E' a noi di fresco.*

# N O T AE

Iis de Mina delibatis, quae praemisimus pag. 130. & 131., gradum ad Talentum facimus, animadvertendo, quum de Talento sine ullo addito a Scriptoribus graecis, latinisque mentio fit, de Attico esse intelligendum. Talentum itaque argenteum aliud, aliud aureum erat: hoc paucarum fuit drachmarum; illud Minarum vario pondere constitit: minus enim sexaginta, octoginta Minis majus fuit aestimatum. De minori sic Fannius:

*Cecropium superest post haec docuisse Talentum,*
*Sexaginta Minas, seu vis, sex millia drachmas:*
*Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.*

Errat autem, quum summum pondus appellat: de Talento enim majori seu octoginta Minarum celebris est mentio apud Livium Lib. XXXVIII. n. 38. in conditionibus pacis Antiocho Syriae Regi a Romanis imperatis: ARGENTI PROBI DUODECIM MILLIA ATTICA TALENTA DATO INTRA DUODECIM ANNOS PENSIONIBUS AEQUIS: TALENTUM NEMINUS PONDO OCTOGINTA ROMANIS PONDERIBUS PENDAT.

De Talento majori loquutum Phormionem fuisse opinor *Act. II. Sc. II.* Demiphonem ex industria arguentem, quod affinis nomen sit oblitus, quod ab eo pinguem haereditatem non acceperit; cujus quidem recordaretur, & avi quoque, atque atavi, si Stilpho *Talentum rem reliquisset decem*, Minarum scilicet octingentarum. Sed ut ea, quae de Talento, Mina, drachmaque hucusque diximus, facilius intelligantur, praestat Aldi Manutii Dissertatiunculam de Drachmis referre, quae legitur apud Sallengre *Novus Thesaurus Antiquitatum Romanarum Tom. I. pag.* 831.

„ Drachmarum atticarum duo genera fuere: unum ante Solonem; alterum a Solone inductum, utrumque XCVI. drachmarum in libra, sed pondere diversum: quia Solonis drachmae leviores antiquis quarta parte ipsarum antiquarum fuerunt: ut XCVI. Solonis drachmae non plus ponderis haberent quam LXXII. superiores. Quod ex Plutarcho etiam intelligitur: quanquam loquitur perplexe: ait enim centum drachmarum a Solone minam esse factam, quum antea LXIII. fuisset: quod si ita sentit, ut verba videntur ostendere, forsitan erravit: numquam enim variatus est in Mina drachmarum numerus, sed mutatum in drachmis pondus, cum centenae semper in Mina fuerint. Hoc igitur aut significavit Plutarchus, aut significare debuit, centum drachmas a Solone percussas non plus habuisse ponderis, quam LXXV. superiores: quod idem erat, si dixisset, e drachmarum LXXV. veterum pondere novas centum a Solone factas: Sed quum ante Solonem Minam dixit fuisse drachmarum septuagintasex, aberrasse mihi videtur a vero: convenit enim inter omnes, numquam apud Athenienses, ac ne apud alias quidem gentes, drachmas in Mina fuisse pauciores centum. Etiam illud operae pretium est animadverti, quum dicimus, in Mina drachmas centum fuisse, drachmas quidem centum numero significari, sed pondere tantum nonaginta sex: quum in eo pondere centum ferirentur, quatuor centesimas lucrante officina: ita LXXII. pondere, numero erunt LXXV., & XLVIII. L., & XXIV. XXV. quum drachmam unam in XXV. officina lucretur, quae sunt duae in quinquaginta, & tres in septuaginta quinque, & quatuor in centum: quas modo centesimas quatuor appellavi.„

„ De hoc posteriore drachmarum genere a Solone inducto loquitur Livius *Lib. XXXIV.* quum ait, *in tetradrachmo denarios fere tres inesse*. Ex quo fit, ut, quum in Mina sint tetradrachma vigintiquinque numero, pondere autem vigintiquatuor, id est drachmae centum numero, pondere autem nonaginta sex, in eadem Mina sint denarii ter vigintiquinque numero, pondere autem vigintiquatuor, idest septuagintaquinque numero, pondere septuaginta duo. Nec vero, quia Livius addidit *fere*, propterea quisquam dubitet: nam quum monetae pondus paullulum nonnunquam & apud graecos, & apud romanos imminui non ignoraret; ideo veritus, ne quando drachma & denarius officinarum fraude non aequarentur, de incerta re sibi plane affirmandum non putavit. Quum igitur & denarius & antiqua drachma aeque superarent Soloninam drachmam quarta utriusque parte, tertia vero Soloninae; patet, ejusdem esse ponderis denarium & antiquam drachmam, & ex eo sequi, ut septem antiquae drachmae in uncia romana feriantur aeque ac denarii: in uncia vero attica denarii octo aeque ac drachmae. Sed quoniam Solon, quum drachmae pondus minuit, id maxime sequutus est, ut debitores onere levaret aeris alieni; propterea drachmae pondus in moneta dumtaxat imminutum, in medicinis videtur idem remansisse, ut a denarii pondere nihil differret: ideo scripsit Plinius *Lib. XXI. cap.* ultimo: *Drachma attica denarii argentei habet pondus*: fere enim attica observatione medici utuntur. Quanquam non modo Plinii aetate, sed multis ante annis, video drachmae pondus in moneta fuisse idem, quod ante Solonem fuerat, id est idem cum denarii pondere: quod intelligere facile est: quum & Varro apud Plinium, & Festus, & Pollux Talentum aestiment sex millibus denarium: qua aestimatione denarium drachmae respondere perspicuum est. Ut igitur drachma, sic Mina, & talentum mutatum est. Minam vero vel antiquam vel a Solone inductam, nequis putet librae romanae aequalem pondere fuisse: nam antiqua gravior fuit quam libra, Solonina vero latior. Probemus utrumque.„

„ In Solonis Mina denarios tantum fuisse LXII., quum de tetradrachmo ageremus, ostendimus: at in libra romana denarios XXCIV. Plinius & Celsus ponunt: sunt igitur in libra romana duodecim denarii plures quam in Mina Solonina: quod idem est ac si dicas: Libra superat pondere Minam soloninam septima sui parte, sexta Soloninae &c.

*Ant.* Ex-

Act. IV. Scena III.

*Ant.* Expecto, quam mox recipiat ſeſe Geta.
Sed patruum video cum patre adſtantem. hei mihi,
Quam timeo, adventus hujus quo impellat patrem.
*Get.* Adibo hoſce: o noſter Chremes? *Chr.* Salve Geta.
*Get.* Venire ſalvom volupe eſt. *Chr.* Credo. *Get.* Quid agitur?
*Chr.* Multa advenienti, ut fit, nova, hic compluria.
*Get.* Ita de Antiphone audiſtin' quae facta? *Chr.* Omnia.
*Get.* Tun' dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
Sic circumiri. *Dem.* Id cum hoc agebam commodum.
*Get.* Nam hercle ego quoque id [1] agitans mecum ſedulo,

Inveni

VARIANTES LECTIONES

1 id quidem.

Antifone, Geta, Cremete, e Demifone.

Ant. A*ſpetto, che qui Geta*
*Omai ſen venga. Ma veggio io mio padre*
*Che inſieme ſi trattien col ſuo fratello.*
*Ah queſta ſua venuta*
*Chi ſa in qual parte ſpingerà mio padre!*
Get. *Andronne a loro. O mio Cremete?* Crem. *O Geta?*
*Io ti do il ben trovato.* Get. *Ed io ho piacere*
*Di tua ſalvezza.* Crem. *Il credo.* Get. *Or dimmi un poco,*
*E che ſi fa?* Crem. *Conforme avvenir ſuole*
*A chi ritorna, molte coſe, e molte*
*Qui di nuovo ho trovate.* Get. *D' Antifone*
*Dunque l' iſtoria tutta hai tu ſentita?*
Crem. *Tutta.* Get. *Ed a queſti l' hai forſe narrata?*
*Opra indegna per certo, o mio Cremete,*
*L' eſſere raggirati in forma tale.*
Dem. *Di queſto appunto ſi parlava adeſſo.*
Get. *Io pur penſava ſeriamente a queſto;*

*E ſe*

Inveni, opinor [1], remedium huic rei. *Dem.* Quid Geta?
Quod remedium? *Get.* Ut abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. *Chr.* Qui Phormio? *Get.* Is, qui iſtanc. *Chr.* Scio.
*Get.* Viſum eſt mihi, ut ejus tentarem ſententiam.
Prendo hominem ſolum: cur non, inquam, Phormio,
Vides, inter vos ſic haec potius cum bona
Ut componantur [a] gratia, quam cum mala?
Heru' liberalis eſt, & fugitans litium:
Nam caeteri quidem hercle amici omnes modo
Uno ore auctores fuere, ut praecipitem hanc daret.
*Ant.* Quid hic coeptat? aut quo evadet hodie? *Get.* An legibus
Daturum poenas dices, ſi illam ejecerit?
Jam id exploratum eſt. eja, ſudabis ſatis,
Si cum illo incoeptas homine: ea eloquentia eſt.
Verum pone, eſſe victum eum: at tandem tamen
Non capitis ejus agitur, ſed pecuniae.
Poſtquam hominem his verbis ſentio mollirier,
Soli ſumus nunc hic, inquam, eho, dic, quid [2] vis dari
Tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus,
Haec hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies?
*Ant.* Satin' illi dii ſunt propitii? *Get.* Nam ſat ſcio,



VARIANTES LECTIONES

a Ut componamus.

1 ut opinor. 2 velis.

*E ſe non erro rimediar ſi puote.*
Dem. *Che dì tu, Geta? e come rimediarvi?*
Get. *Appena ti laſciai, che eccoti incontro*
*Mi vien Formion.* Dem. *Qual Formion?* Get. *Quegli,*
*Che queſta ....* Crem. *Lo ſo ben.* Get. *Mi venne in capo*
*Di ſcoprir, quale foſſe la ſua mente.*
*Lo prendo a ſolo a ſolo, e sì gli dico:*
*Perchè, Formion, non dai tu di mano,*
*Onde ſi aggiuſti con piacer comune*
*Queſto affar non con rabbia, e con diſpetto?*
*Il mio padrone è largo, e non vuol liti;*
*Sebben gli amici ſuoi voleſſer tutti,*
*Ch' e' la cacciaſſe fuora di ſua caſa.*
*Che arzigogola or queſti? e dove mai*
*Vuol egli riuſcire?*
Get. *Forſe ti credi tu, s' e' caccerolla,*
*Che dalle leggi ne ſarà punito?*
*Già queſto ſi può fare: Oh te ne andrai*
*Tutto in ſudor, ſe te la vai pigliando*
*Con un tale uomo, e di tanta eloquenza.*
*Ma voglio, che tu il vinca. Alla fin fine*
*Non ſi tratta di vita;*
*Ma è coſa, che ſi aggiuſta con denaro.*
*Mentre così ragiono, e che lo vedo*
*Imbietolito dalle mie parole;*
*Eccoci quì, gli dico teſta teſta;*
*Che ti ho da dar, perchè il padron ſi tolga*
*Da queſte liti, e colei ſe ne vada,*
*E tu più non ci annoi?* Ant. *Ah che coſtui*
*Ha perduto il cervello.* Get. *Io ſo di certo,*

Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris,
Ut ille est bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. *Dem.* Quis te istaec jussit loqui?
*Chr.* Immo non potuit melius pervenirier
Eo, quo nos volumus. *Ant.* Occidi. *Chr.* Perge eloqui.
*Get.* At primo homo insanibat. [1] *Chr.* Cedo, quid postulat?
*Get.* Quid? nimium: quantum lubuit. *Chr.* Dic. *Get.* Si quis daret [a]
* Talentum magnum. *Chr.* Immo malum hercle: ut nil pudet.
*Get.* Quod dixi adeo ei; quaeso, quid si filiam
Suam unicam locaret? parvi rettulit,
Non suscepisse: inventa est, quae dotem petat.
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias;
Haec denique ejus fuit postrema oratio:
Ego, inquit, [b] jam a principio amici filiam,
Ita ut aequom fuerat, volui uxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem eju' incommodum;
In servitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum, quae afferret, qui dissolverem,

VARIANTES LECTIONES

*a* ei daret *b* jam *deest in Codice*.
1 *quae sequuntur in Codice tribuuntur Demiphoni*.

*Che se gli proporrai tu qualche cosa,*
*Che abbia un poco di onesto, e insiem di utile,*
*Esser lui sì buon uomo, che tra voi*
*Oggi non ci sarà mezza parola.*
Dem. *E chi ti fè parlare in questo modo?*
Get. *Anzi giunger colà non potei meglio,*
*Dove da noi si vuol.* Ant. *Sono spacciato.*
Crem. *Seguita il tuo discorso.* Get. *In quelle prime*
*Egli dava in pazzie.* Crem. *Dì, che domanda?*
Get. *Che domanda egli? assai; quanto gli piacque.*
Crem. *Pure?* Get. *Se gli si desse un gran talento.*
Crem. *Anzi un gran male. E non se ne vergogna?*
Get. *Io pur gli dissi la medesma cosa.*
*E che potria far egli d' avvantaggio,*
*Se maritasse un' unica sua figlia?*
*O qual dal non avere avuto figlie*
*Util ritragge, se dotare e' debbe*
*Una non sua, ma ritrovata a caso?*
*A farla corta, e per lasciar da parte*
*Tante sue leggierezze; questa in fine*
*La somma fu del suo ragionamento.*
*Io, mi disse egli, insin dal bel principio*
*Volea sposar la figlia dell' amico,*
*Come era di dover, che ben sapea*
*La sua miseria, e che una donna povera*
*Si dà per serva, e non per moglie al ricco.*
*Ma per dirtela schietta, avea bisogno,*
*Ch' ella mi desse qualche coserella*

Per

## NOTAE

* Quae hic de Talento magno fit mentio, ea videtur confirmare, quae paulo ante diximus de Talento maiori, quod scilicet octoginta constituebatur Minis. Frustra enim Geta *magnum* adderet, si unius dumtaxat speciei atticum Talentum fuisset: nisi tamen cuiquam libeat potius credere, sermonem hic esse de Talento argenteo, quod multo pluris, quam aureum, diximus aestimari.

Quae debeo: & etiam nunc, ſi volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quae ſponſa eſt mihi,
Nullam mihi malim, quam iſtanc uxorem dari.

*Ant.* Utrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, ſcientem an imprudentem, incertu' ſum.

*Dem.* Quid ſi animam debet? *Get.* Ager oppoſitu' eſt pignori ob
Decem minas, inquit. *Dem.* Age age, jam ducat. dabo.

*Get.* Aediculae item ſunt ob decem alias. *Dem.* Hoi hui!
Nimium eſt. *Chr.* Ne clama: petito haſce a me decem.

*Get.* Uxori emunda ancillula: tum [1] pluſcula
Supellectile opus eſt: opu' ſumptu ad nuptias:
His rebus pone ſane, inquit, decem minas.

*Dem.* Sexcentas proin potius ſcribito jam mihi dicas:
Nil do: impuratus me ille ut etiam irrideat?

*Chr.* Quaeſo, ego dabo, quieſce: tu modo filius
Fac ut illam ducat, nos quam volumus. *Ant.* Hei mihi!
Geta, occidiſti me tuis fallaciis.

*Chr.* Mea cauſſa ejicitur: me hoc eſt aequom amittere.

*Get.* Quantum poteſt, me certiorem, inquit, face,
Si illam dant, hanc ut mittam, ne incertus ſiem:
Nam illi mihi dotem jam conſtituerunt dare.

Jam

VARIANTES LECTIONES

1 tum autem.

*Per ſdebitarmi: e parimente adeſſo,*
*Se Demiſon vorrà darmi altrettanto,*
*Quanto mi dà queſt' altra, che ho ſpoſata,*
*Qual' altra in moglie io bramo più di lei?*

Ant. *Io non ſo ſe coſtui così ſi adopri*
*Per iſciocchezza, o vero per malizia,*
*O ſe per ſenno, o ver per imprudenza.*

Dem. *E ſe egli aveſſe in debito la vita?*

Get. *Egli ha, dice, impegnato un ſuo Podere*
*Per dieci mine.* Dem. *Via ſu ſe le prenda,*
*Glie le darò.* Get. *E per dieci altre ancora*
*Certe picciole caſe.* Dem. *Ohi, uhi, la coſa*
*Ben va in ſu troppo.* Crem. *Oh via, non ſtrepitare;*
*Su queſte dieci mettile a mio conto.*

Get. *Biſogna pur comprare alla mogliera*
*Una ſervetta: inoltre per la caſa*
*Abbiſognano cento coſerelle,*
*E ci vuol della ſpeſa per le nozze.*
*Ora per tutto queſto io faccio il computo,*
*Che ci vorranno almen dieci altre mine.*

Dem. *Piuttoſto mi appicchi e' ſeicento accuſe:*
*Non gli vo' dare un ette: furfantaccio!*
*Di più vuole uccellarmi?* Crem. *Oh via ti accheta;*
*Gli darò tutto. Or vedi tu, che il figlio*
*Si prenda quella, che bramiamo noi.*

Ant. *Geta, mi hai morto co' tuoi raggiri.*

Crem. *Io la faccio cacciar fuora di caſa;*
*Ond' è giuſto, che io perda quel che perdo.*

Get. *Fammi ſaper, ſoggiunſe, quanto prima,*
*Se mi dan quella, onde io licenzj queſta,*
*Ne ſtia ſull' incertezza: già ſon pronti*
*I denari per dote di quell' altra.*

Crem. *Avrà*

*Chr.* Jam accipiat : illis repudium renunciet : *
Hanc ducat. *Dem.* Quae quidem illi res vortat male.
*Chr.* Opportune adeo nunc mecum argentum attuli,
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt praedia:
Id sumam : uxori, tibi opus esse, dixero.

Crem. *Avrà ciò ch' egli vuol : ripudj quella ;*
*Si prenda questa .* Dem. *Ed e' sia col malanno ,*
*Che Dio gli dia .* Crem. *Oh come meco a tempo*
*I denari portai , che mi fruttaro ,*
*Quando era in Lenno , i campi della moglie ,*
*A te darogli , e dirò ad essa poi ,*
*Che a te gli diedi per un tuo bisogno .*

## N O T A E

* Licet non semel vel apud primae notae Scriptores Divortium, & Repudium sine ullo discrimine soleant usurpari, si castigatius tamen loqui velimus, repudium eos dumtaxat respicit, qui nuncium Sponsae remittunt, eos vero divortium, qui ab uxore divertuntur : quod ex Formulis patet, quae in alterutro casu usui Romanis erant. In repudio enim vir Sponsae sic nunciabat : CONDITIONE TUA NON UTAR *L.* 2. *ff. de Divort.*, quod de ea, quacum vir usum habuit, dici minime potest. Formula vero Divortii haec erat : ALIQUIS VESTRUM NUNTIET N. UT RES SUAS PROCURET : AEDIBUS FACESSAT : atque huc spectant illa Juvenalis Satyra VI. *Collige Sarcinulas , Libertus dixit , & exi.* Quare maritus vel praesens eam expellebat domo, vel per nuncium absenti libellum mittebat, quo legitimae dimittendi caussae exprimebantur. Dimittendae demum uxoris impudicae formula erat : QUIA FIDEM SCELERE VIOLASTI, ET COMMUNEM AMICITIAM, RES TUAS OCYUS TOLLE, ET ALIUM LOCUM, QUEM POLLUAS, QUAERE. Praeterea divertenti uxori claves adimebantur, quae in mariti domum intranti traditae fuerant, tamquam dominii in Familiam, & fidei erga conjugem argumentum, quod exprimitur his XII. Tabularum verbis : RES SUAS SIBI HABETO, CLAVES ADIMITO, FORAS EIICITO.

In Repudio vero mulctabatur, qui caussam praebuerat : Si Sponsa, arrhas in duplum reddere debebat; si Sponsus, non repetebat L. *pen. C. de Sponsalibus.* In id quoque, quod intererat, condemnationem fieri docet Gellius IV. 4. *Si post eas stipulationes uxor non dabatur , aut non ducebatur ; qui stipulabatur , exsponsu agebat : judices cognoscebant : judex , quamobrem data , acceptave non esset uxor , quaerebat : si nihil justae caussae videbatur , litem pecunia aestimabat ; quantique interfuerat , eam uxorem accipi , aut dari , eum qui spoponderat , aut qui stipulatus erat , condemnabat .* Si neuter caussam praebuisset, ut ait Antonius Hotmanus *de Vet. Ritu nuptiarum cap. XII.* puta si mors intercessisset, poena quaelibet cessabat, Sponsusque partem tantum, largitatum, quae Sponsalitiae appellari solent, repetebat *L. si Sponso C. de Donat. ante nuptias.* Arrhas enim quasdam, addit Hotmanus, ante nuptias intervenisse, quae aut Sponsae dabantur, aut apud Proxenetas deponebantur *C. de Sponsal. & Arrhis Sponsal. & proxenet.* Arrhae autem nomine anulum quoque venisse, docet Juvenalis Satyr. VI.

*Et digito pignus fortasse dedisti .*

Hujusmodi vero anulum ferreum aetate sua fuisse, refert [illegible] *Lib. XXXIII. cap. I. Qui legationem acceperant , [illegible] tantum utebantur , intra domos ferreis : quo argumento [illegible] Sponsae anulus ferreus mittitur , isque sine gemma .* Pra[illegible] terea eodem Hotmano duce referre, quae narrat Capit[illegible] Arrhis a Maximino juniore Sponsae Fadillae datis „ D[illegible] „ erat, *inquit*, Junia Fadilla proneptis Antonini, q[illegible] „ accepit Toxotius ejusdem Familiae Senator. Manser[illegible] „ apud eam arrhae regiae, quae tales fuerunt : monol[illegible] „ bis novem, reticulum de prasinis decem, dextroch[illegible] „ chastula de hyacinthis quatuor, praeter vestes auratas & [illegible] „ regias, ceteraque insignia Sponsaliorum. „ Decesserant siquidem felicia illa Reipublicae tempora, quibus Persarum luxus & mollities Romanorum mores nondum corruperat, Matronaeque laneis, lineisque contentae vestibus honesta liberorum educatione gloriabantur.

Distinctionem itaque Repudium inter & Divortium, quam dedimus, confirmant haec Chremetis verba

*Illi repudium renunciet :*

Agebatur siquidem de Sponsa, a qua dos Phormioni supponebatur constituta ; & cui *Repudium* renunciari Chremes jubet, ut Phanium ducat in uxorem, constitutis ei triginta Minis, quas tamen Phormio Phaedriae tradendas statuerat pro [illegible] Citaristria.

Ter. Phor. Fig. XVI.

Act. IV. Scena IV.

*Ant.* GEta. *Get.* Hem. *Ant.* Quid egiſti? *Get.* Emunxi argento ſenes.
*Ant.* Satin' eſt id? *Get.* Neſcio hercle: tantum juſſu' ſum.
*Ant.* Eho, verbero: aliud mihi reſpondes, ac rogo?
*Get.* Quid ergo narras? *Ant.* Quid ego narrem? opera tua ad
Reſtim mihi quidem res rediit planiſſume.
Ut te quidem omnes dii, deaeque, ſuperi, inferi
Malis exemplis perdant. hem, ſi quid velis,
Huic mandes, qui [a] te [1] ad ſcopulum e tranquillo inferat.
Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem? injecta eſt ſpes patri,

Poſſe

VARIANTES LECTIONES

*a* quod quidem curatum velis. —— Quid minus &c.
1 quod quidem recte curatum velis. Quid minus &c.

Antifone, e Geta.

Ant. *GEta? Get. Chi vuolmi? Ant. E che hai tu fatto mai?*
Get. *Smunta ho la borſa a' Vecchi.* Ant. *e queſto baſta?*
Get. *Non ſollo affè: ma tanto mi fu impoſto.*
Ant. *Olà carne da nerbo; ti richiedo*
*Di una coſa, ed un' altra mi riſpondi?*
Get. *Dunque che mi dì tu?* Ant. *Quel che ti dico!*
*Che il mio affare hai maneggiato in modo,*
*Che a bella poſta mi poſſo impiccare.*
*Ah che i numi del Cielo, e dell' Inferno*
*Per eſempio degli altri ti ſprofondino.*
*Or ecco a chi vuole, un uom di garbo*
*Da fidarſene in coſa di premura,*
*Che a queto mar ti butteria ne' ſcogli.*
*Ed oh che inutil mai coſa fu quella*
*Di toccar queſta piaga, e fare udire*
*Il nome di mogliera, e per tal via*
*Por mio padre in ſperanza di cacciarla*

*Fuo-*

Posse illam extrudi: cedo, nunc porro Phormio
Dotem si accipiet, uxor ducenda est domum;
Quid fiet? *Get.* Enim non ducet[a]. *Ant.* Novi: caeterum
Cum argentum repetent, nostra caussa scilicet
In nervom potius ibit. *Get.* Nihil est, Antipho,
Quin male narrando possit depravarier.
Tu id, quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
Audi nunc contra jam. si argentum acceperit,
Ducenda est uxor, ut ais. concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandi nuptias,
Vocandi, sacrificandi dabitur paululum:
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt[1]:
Inde iste reddet. *Ant.* Quam ob rem? aut quid dicet? *Get.* Rogas?
Quot res? postilla monstra evenerunt mihi:
Introiit in aedes ater alienus canis:
Anguis per impluvium decidit de tegulis:
Gallina cecinit: interdixit hariolus:
Haruspex vetuit ante brumam aliquid novi
Negoti incipere; quae caussa est justissima.
Haec fient. *Ant.* Ut modo fiant. *Get.* Fient: me vide.
Pater exit. abi, dic, esse argentum, Phaedriae.

VARIANTES LECTIONES

a Non enim ducet *in utroque Codice*.

1 argentum dabunt; Id ille istis reddet.

*Fuori di casa! Or dimmi, Formione,*
*Se prenderà la dote, in caso tale*
*Dovrà condursi la Consorte a casa;*
*E allor che farem noi?* Get. *Non condurralla.*
Ant. *Lo so: ma quando rivorran l'argento,*
*Io creder voglio, che per causa nostra*
*Lascerassi legare.* Get. *Odi, Antifone,*
*Qualunque cosa raccontata male,*
*Per buona che si sia, divien cattiva.*
*Ci vorrà pure in preparar le nozze,*
*Per far gl'inviti, e fare i Sagrifizj,*
*Qualche poco di tempo: in questo mentre*
*Daran gli amici il promesso denaro,*
*E quegli a questi allor darallo.* Ant. *Ed egli*
*Dirà per qual motivo, ed a che fine?*
Get. *Mi chiedi tu quel ch' e' sarà per dire?*
*Oh quante ne può dire. In primo luogo*
*Che avuti ha per le nozze infausti augurj:*
*Che entrò in sua casa un cane forestiero*
*Di negro pel: che giù per la grondaja*
*Cadde strisciando gli embrici una serpe:*
*Che cantò la gallina: che interdetto*
*E' fu dall' Indovino: che l' Aruspice*
*Nulla vuol, che faccia e' prima del verno.*
*La qual cosa è giustissima: e faranci*
*Queste cose sicur.* Ant. *Purchè si facciano.*
Get. *Faransi: in me riposa: ecco tuo padre,*
*Ch' esce di casa; và, ritrova Fedria,*
*E digli, che i denari son trovati.*

Dem. Quæ-

Ter. Phor. Fig. XVII.

Act. IV. Scena V.

Dem. Quietus esto, inquam: ego curabo, ne quid verborum duit.
Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi testes adhibeam:
Cui dem [1], & quam ob rem dem, commemorabo. *Chr.* Ut cautus est, ubi nil opu' est.
*Chr.* Atqui ita opus est facto: at [a] matura, dum lubido eadem haec manet.
Nam si altera illa [b] magis instabit, forsitan nos rejiciat.
*Get.* Rem ipsam putasti. *Dem.* Duc me ad eum ergo. *Get.* Non moror [2]. *Chr.* Ubi hoc egeris,
Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc prius, quam hinc abit [3]:
Dicat, eam dare nos Phormioni nuptum, ne succenseat:

VARIANTES LECTIONES

a et b illaec.
1 Cum dem. 2 Num moror? 3 abeat.

Demifone, Geta, e Cremete.

Dem. *Ti dico, che stii queto: averò io*
*Tutto il pensier, che non ci dian parole,*
*Ne questo argento mi uscirà di mano,*
*Che non ci sieno alcuni testimoni,*
*Che vedano a chi dollo, e dica loro*
*La cagione, per cui da me vien dato.*
Get. O *come è accorto, dove non bisogna!*
Crem. *Questo è quel, che ha da farsi: ma tu sbrigati,*
*Finchè l'amor gli dura; che se l'altra*
*Farà forza maggior, non ci ribbutti*
*Allor.* Get. *Ben pensi.* Dem. *Andiamo pure.*
Get. *Andiamo.*
Crem. *Fatto questo, n'andrai dalla mia moglie,*
*Acciocchè venga a ritrovar costei,*
*Prima ch'ella da voi faccia partenza,*
*E che le dica, che non si abbia a male,*
*Se a Formion la diamo per mogliera;*

Che

Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior:
Nos nostro officio nihil [a] egressos esse: quantum is voluerit,
Datum esse dotis. *Dem.* Quid, malum, tua id refert? *Chr.* Magni, Demipho.
*Dem.* Non sat [b], tuum te officium fecisse, si non id fama approbat?
*Chr.* Volo ipsius quoque voluntate hoc [c] fieri, ne se ejectam putet:
*Dem.* Idem ego istuc facere possum. *Chr.* Mulier mulieri magis congruet [d].
*Dem.* Rogabo. *Chr.* Ubi illas ego nunc reperire possim, cogito.

VARIANTES LECTIONES

*a* non digressos. *b* Non satis est *c* haec *in utroque Codice.* *d* convenit.

*Ch' essendole assai nota, e familiare,*
*Lo credemmo per lei più a proposito;*
*E che fatto abbiam noi dal canto nostro*
*Ciò, che noi dovevamo, e quella dote*
*Data le abbiamo, che ci fu richiesta.*
Dem. *O Diavol! questa cosa e che t' importa?*
Crem. *Di molto, Demifone.*
Dem. *Non ti basta aver fatto il tuo dovere,*
*Senza che il debba confermar la fama?*
Crem. *Lo voglio far di suo consenso ancora,*
*Acciò non creda, che l' abbiam scacciata.*
Dem. *Cotesto stesso lo posso far io.*
Crem. *No, che sta meglio, che una donna all' altra*
*Faccia tali rapporti.* Dem. *Andrò a pregarla.*
Crem. *Or penso, dove le potrò trovare.*

*Dem. Misarotti sculp.*

Soph. Quid

Ter. Phor. Fig. XVIII

Act. V. Scena I.

*Soph.* QUid agam? quem amicum inveniam mihi misera? aut cui consilia [a]
Haec referam? aut unde nunc mihi auxilium petam? nam vereor,
Hera ne ob meum suasum indigne injuria afficiatur:
Ita patrem adolescentis facta haec tolerare audio violenter.
*Chr.* Nam quae haec est anus exanimata, a fratre quae egressa est meo?
*Soph.* Quod ut facerem, me egestas impulit; cum scirem infirmas
Hasce esse nuptias: ut id consulerem, interea vita

Ut

VARIANTES LECTIONES

a *Nonnulla hic corrigenda ex Codice occurrunt. Sed quum ibi diversa quoque non parum sit Carminum distributio, ponenda, prout in Codice eodem leguntur, censui.*
*Soph.* Quid agam? quem mihi amicum inveniam misera? aut quo consilia haec
Referam, aut unde auxilium petam?
Nam vereor, hera ne ob meum suasum indigne injuria adficiatur:
Ita patrem adulescentis facta haec tolerare audio violenter.
*Chr.* Nam quae haec anus est, exanimata a fratre quae egressa st meo?
*Soph.* Quod ut facerem egestas me impulit, cum scirem infirmas nuptias
Hasce esse, ut id consulerem, interea vita ut in tuto foret.

Sofrona, e Cremete.

Sof. *CHe farò me tapina; e quale amico*
*Ritroverommi? o a cui potrò fidare*
*Questi nostri andamenti; o da chi mai*
*Impetrerò soccorso? che ho timore,*
*Che alla padrona mia non venga fatta*
*Per mia cagion qualche solenne ingiuria:*
*Perchè è voce, che il padre di Antifone*
*Soffra con violenza un fatto tale.*
Crem. *Ma chi è quella vecchia spaventata,*
*Che del fratello mio esce or di casa?*
Sof. *La sola povertà m' indusse a fare*
*Quello, che ho fatto: che sebben sapea,*
*Che queste nozze non eran sicure,*
*Nulladimen le persuasi a lei*
*A solo oggetto di poter campare.*



Crem. *Se*

Ut in tuto foret. *Chr.* Certe aedepol, nisi me animus fallit,
Aut parum prospiciunt oculi, meae nutricem gnatae video.
*Soph.* Neque ille investigatur. *Chr.* Quid ago? *Soph.* Qui est ejus pater.
*Chr.* Adeon',
An maneo, dum ea quae loquitur, magis [1] cognosco? *Soph.* Quod si eum nunc
Reperire possim, nihil est, quod verear. *Chr.* Ea ipsa est: conloquar.
*Soph.* Quis hic loquitur? *Chr.* Sophrona. *Soph.* Et meum nomen nominat? *Chr.* Ad
me respice.
*Soph.* Dii obsecro vos, est ne hic Stilpho? *Chr.* Non. *Soph.* Negas?
*Chr.* Concede hinc paululum a foribus istorsum sodes, Sophrona.
Ne me istoc posthac nomine appellassis. *Soph.* Quid? non is obsecro es,
Quem semper te esse dictitasti? *Chr.* 'St. *Soph.* Quid has metuis fores?
*Chr.* Conclusam hic habeo uxorem saevam: verum isthoc me nomine
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis, atque id porro aliqua uxor mea rescisceret.
*Soph.* Istoc pol nos te hic invenire miserae nunquam potuimus.
*Chr.* Eho, dic mihi: quid rei tibi est cum familia hac, unde exis? aut ubi
Illae sunt? *Soph.* Miseram me. *Chr.* Hem! quid est? vivuntne? *Soph.* Vivit gnata,
Matrem

VARIANTES LECTIONES

*Chr.* Certe aedepol, nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi,
Meae nutricem gnatae video. *Soph.* Neque ille investigatur. *Chr.* Quid ago?
*Soph.* Qui est ejus pater? *Chr.* Adeon maneo, dum haec, quae loquitor
Magis cognosco?
*Soph.* Quod si eum nunc reperire possim, nihil est, quod verear. *Chr.* Ea st ipsa.
Conloquar. *Soph.* Quis hic loquitur? *Chr.* Sophrona. *Soph.* Et meum nomen nominat?
*Chr.* Respice ad me. *Soph.* Di, obsecro vos, estne hic Stilpho? *Chr.* Non. *Soph.* Negas?

1 cognoscam?

Crem. *Se io non m' inganno, o l' occhio non mi burla,*
*Quella è la Balia della mia figliuola.*
Sof. *Ne quegli si rintraccia.* Crem. *Che fo io?*
Sof. *Che è il suo padre.* Crem. *L' abbordo, ovver mi fermo*
*Per più chiaro capir ciò ch' ella dice?*
Sof. *Che se ritrovo lui, sono contenta,*
*E fuor d' ogni timore.* Crem. *Al certo è dessa:*
*Io voglio parlar seco.* Sof. *In questo luogo*
*Chi favella?* Crem. *Sofrona.* Sof. *E sa il mio nome!*
Crem. *A me ti volgi.* Sof. *O Dei vi prego, questi*
*Non è Stilfone?* Crem. *Egli non è.* Sof. *Lo neghi!*
Crem. *Sofrona, ti slontana per un poco*
*Da cotesto uscio, ed a me ti avvicina.*
*Omai più non chiamarmi con tal nome.*
Sof. *Che? Dimmi, forse non sei più quel desso,*
*Che ci dicesti ogn' ora essere stato?*
Crem. *Zi....* Sof. *Ma qual timore hai tu di questo uscio?*
Crem. *Chiusa ci tengo la mia fiera moglie:*
*Del resto io vi nascosi il vero nome*
*Per timore, che un dì per imprudenza*
*Non vi uscisse di bocca, e una di due*
*Non venisse a scuoprir tutto l' intrigo.*
Sof. *E questa senza fallo*
*La cagion fu, che mai non ti trovammo.*
Crem. *Or dimmi un poco, che cosa hai da fare*
*In quella casa, onde ti ho visto uscire?*
*E dove si stan quelle?* Sof. *Ah me infelice!*
Crem. *Ahimè! che dici tu? sono esse vive?*
Sof. *Le*

Matrem ipſam ex aegritudine miſeram mors conſequuta eſt.
*Chr.* Male factum. *Soph.* Ego autem, quae eſſem anus deſerta, egens, ignota,
Ut potui nuptum virginem locavi huic adoleſcenti,
Harum qui eſt dominus aedium. *Chr.* Antiphoni ne? *Soph.* Hem, iſti ipſi. *Chr.* Quid?
Duaſne is uxores habet? *Soph.* Au obſecro, unam ille quidem hanc ſolam.
*Chr.* Quid illa altera [a], quae dicitur cognata? *Soph.* Haec ergo eſt. *Chr.* Quid ais?
*Soph.* Compoſito eſt factum, quo modo hanc amans habere poſſet
Sine dote. *Chr.* Dii voſtram fidem! quam ſaepe forte temere
Eveniunt, quae non audeas optare! offendi adveniens,
Quicum volebam, atque ut volebam, conlocatam filiam
Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, ut fieret,
Sine noſtra cura maxuma, ſua cura haec ſola fecit [b].
*Soph.* Nunc quid facto eſt opus vide. pater adoleſcentis venit,
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre, ajunt. *Chr.* Nihil pericli eſt.
Sed per deos atque homines, meam eſſe hanc, cave reſciſcat quiſquam.
*Soph.* Nemo ex me ſcibit. *Chr.* Sequere me: intus caetera audies.

VARIANTES LECTIONES

[a] Quid illam alteram. *Concordant Codices.* [b] Quocum volebam & ut volebam, conlocatam amari. Sine noſtra cura haec ſola fecit.

Sof. *La figlia è viva: ma l' afflitta madre*
*Di puro affanno ci laſciò morendo.*
Crem. *O caſo doloroſo!* Sof. *Io me veggendo*
*Oltre cogli anni, abbandonata, e povera,*
*E a tutti ignota, al meglio, che potei*
*Maritai la fanciulla a un giovanotto*
*Padron di queſta caſa.* Crem. *Ad Antifone?*
Sof. *Sì sì appunto a coteſto.* Crem. *Che mi dici!*
*Avrà forſe due mogli?* Sof. *Ah te ne prego,*
*E' certamente altra non ha che queſta.*
Crem. *E quell' altra, che è detta ſua parente?*
Sof. *E' dunque queſta.* Crem. *Che mi narri?*
Sof. *Aſcolta;*
*Ogni coſa ſi è fatta di concerto,*
*Perchè poſſa coſtui, che tanto l' ama,*
*Averla ſenza dote.* Crem. *Eterni dei,*
*La voſtra fede imploro. Quante volte*
*Quello a caſo ſi ottien, che non ſi avrebbe*
*Ne pure avuto ardire di bramare!*
*Al mio ritorno trovato ho la figlia*
*Spoſata a quel, che io volli, e come io volli;*
*E quello, che noi due congiunti inſieme*
*Duravamo grandiſſima fatica,*
*Acciocchè riuſciſſe, coſtei ſola*
*A forza della ſua gran diligenza,*
*Ne lo penſando noi, condotto ha a fine.*
Sof. *Or vedi tu quel che far ſi convenga:*
*Egli è venuto il padre dello Spoſo;*
*E dicono, che ſia ſdegnato al ſommo*
*Per queſto matrimonio.* Crem. *Stà ſicura:*
*Ma per gli dei ti prego, e ancor per gli uomini,*
*Che badi bene, che neſſun giammai*
*Riſappia, eſſer coſtei figliuola mia.*
Sof. *Dalla mia bocca alcuno non ſaprallo.*
Crem. *Seguimi: il reſto narrerotti in caſa.*

Act. V. Scena II.

*Dem.* NOs [a] nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos:
Ita fugias, ne praeter casam, ajunt [b]. nonne id satis erat,
Accipere ab illo injuriam? etiam argentum est ultro objectum,
Ut sit qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.
*Get.* Planissume. *Dem.* His nunc praemium est, qui recta prava faciunt.
*Get.* Verissime. *Dem.* Ut stultissime quidem illi rem gesserimus.
*Get.* Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.
*Dem.* Etiamne id dubium est? *Get.* Haud scio hercle, ut homo est, an mutet animum.
*Dem.* Hem,

VARIANTES LECTIONES

a Nos *deest*. b quod ajunt *in utroque Codice*.

Demisone, e Geta.

Dem. P*Er nostra colpa avvien, che torni bene*
*All' uom cattivo l' essere cattivo,*
*Mentre affettiamo di esser nominati*
*Onesti, e liberali. Fuggi in modo,*
*Si suol dir, che non pera mai di vista*
*La casa tua. Ricever da colui*
*Un grave affronto non potea bastare,*
*Che l' argento di più gli si offerisce,*
*Acciocchè viva, e acciò commetter possa*
*Dell' altre furberie?* Get. *Egli è certissimo.*
Dem. *Or questo è il premio di color, che fanno*
*Le cose dritte divenir oblique.*
Get. *Pur troppo è ver.* Dem. *Colla stoltezza nostra*
*Come bene aggiustammo i fatti suoi!*
Get. *Purchè per questa via possiamo uscirne,*
*E ch' e' si abbia costei.* Dem. *E ancor di questo*
*Egli ci è dubbio?* Get. *Io non so già, per dio,*
*Che uomo si sia costui, e se si muti*
*Di animo facilmente.* Dem. *Oh che ti pensi*

Che

*Dem.* Hem, mutet autem? *Get.* Neſcio: verum, ſi forte, dico.
*Dem.* Ita faciam, ut frater cenſuit: ut uxorem huc ejus adducam,
Cum iſta ut loquatur: tu abi, Geta, praenuncia hanc venturam.
*Get.* Argentum inventum eſt Phaedriae: de jurgio ſiletur:
Proviſum eſt, ne [a] in praeſentia haec hinc abeat: quid nunc porro?
Quid fiet? in eodem luto haeſitas: vorſuram [b] ſolvis,
Geta: praeſens quod fuerat malum, in diem abiit: plagae creſcunt,
Niſi proſpicis. nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem, aut ejus orationem.

VARIANTES LECTIONES

a in praeſenti. b ſolves *in utroque Codice*.

*Che ſi abbia da mutare?*
Get. *Non lo ſo, ma ciò dico, ſe per forte.*
Dem. *Così farò, ſiccome mio fratello*
*Stimò doverſi far, che qua veniſſe*
*Sua moglie, e ſi abboccaſſe con coſtei.*
*Geta, và via, e dille, che tra poco*
*Eſſa ſarà da lei.* Get. *Pronto il denaro*
*E' per Fedria. Di liti non ſi parla;*
*E in tanto ſi è provviſto per adeſſo,*
*Che coſtei non ſi parta. Ma dipoi*
*Che ſarà egli? nel fango medeſimo*
*Tu ti ravvolgi, o Geta: per adeſſo*
*Muti tu creditore, e 'l mal preſente*
*Si è trasferito a qualche giorno incerto;*
*E ſe non penſi bene a' caſi tuoi,*
*Si fan le pene tue ſempre maggiori.*
*Adeſſo andronne a caſa ad indettare*
*Fania di tutto, onde timor non abbia*
*Di Formione, e delle ſue parole.*

Act. V. Scena III.

*Dem.* AGedum, ut ſoles, Nauſiſtrata, fac illa ut placetur nobis:
Ut ſua voluntate, id quod eſt faciundum, faciat. *Nauſ.* Faciam.
*Dem.* Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es.
*Nauſ.* Factum volo: ac pol queo minu' viri culpa, quam me dignum eſt.
*Dem.* Quid autem? *Nauſ.* Quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur: nam ex his praediis talenta argenti bina
Capiebat ſtatim: hem, vir viro quid praeſtat. *Dem.* Bina, quaeſo?
*Nauſ.* Ac rebuſ vilioribu multo, tamen talenta bina. *Dem.* Hui!
*Nauſ.* Quid haec videntur? *Dem.* Scilicet. *Nauſ.* Virum me natam vellem:
Ego oſtenderem. *Dem.* Certo ſcio. *Nauſ.* Quo pacto. *Dem.* Parce ſodes,

Ut

Demiſone, Nauſiſtrata, e Cremete.

Dem. *OR via colle tue maniere uſate,*
*Nauſistrata, ti adopra, che colei*
*Con noi ſi plachi, e che di voglia ſua*
*Faccia quello, che in fine ella ha da fare.*
Nauſ. *Farollo.* Dem. *E col tuo ſtudio ora mi aſſiſti,*
*Siccome poco fa mi deſti aita*
*Co' tuoi denari.* Nauſ. *E di averteli dati*
*Ne ho piacere, e mi duol di poter meno*
*(Che ti avrei dato più) per ſola colpa*
*Del mio marito.* Dem. *E che colpa vi ha egli?*
Nauſ. *Perchè egli le ricchezze oneſtamente*
*Fatte dal padre mio, e a me laſciate*
*In maneggiarle è traſcurato troppo.*
*Perch' egli da que' groſſi ſuoi poderi*
*Traeva a' tempi ſuoi anno per anno*
*Due talenti d' argento. Oh vedi quanto*
*Da un uomo ci corre egli ad un altro uomo!*
Dem. *Due talenti, in grazia?* Nauſ. *E queſti ancora*
*In tempi di viliſſimo mercato.*
Dem. *Cappitina!* Nauſ. *Or che dici tu di queſto?*
Dem. *Cioè...* Nauſ. *Nata vorrei eſſere un uomo,*
*Ed allora ti avrei fatto vedere...*
Dem. *Certamente lo ſo.* Nauſ. *Con qual maniera...*

Dem. Or

Ut possis cum illa, ne te adolescens mulier defatiget.
*Nauf.* Faciam ut jubes: sed meum virum abs te exire video. *Chr.* Hem Demipho,
Jam illi datum est argentum? *Dem.* Curavi illico. *Chr.* Nollem datum:
Hei video uxorem: pene plus quam sat erat. *Dem.* Cur nolles Chreme?
*Chr.* Jam recte. *Dem.* Quid tu? ecquid loquutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus?
*Chr.* Transegi. *Dem.* Quid ait tandem? *Chr.* Adduci non potest. *Dem.* Quid non potest?
*Chr.* Quia uterque utrique est cordi. *Dem.* Quid istuc nostra? *Chr.* Magni: praeter haec
Cognatam comperi esse nobis. *Dem.* Quid? deliras? *Chr.* Sic erit:
Non temere dico: redi mecum in memoriam. *Dem.* Satin' sanus es?
*Nauf.* Hau, obsecro, vide, ne in cognatam pecces. *Dem.* Non est. *Chr.* Ne nega:
Patris nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. *Dem.* Non norat patrem?
*Chr.* Norat. *Dem.* Cur aliud dixit? *Chr.* Nunquamne hodie concedes mihi, neque
Intelleges? *Dem.* Si tu nihil narras. *Chr.* Perdis [a]. *Nauf.* Miror, quid hoc fiet.
*Dem.* Equidem hercle nescio. *Chr.* Vin' scire? at ita me servet Juppiter,
Ut proprior illi, quam ego sum, ac tu, nemo est homo [1]. *Dem.* Dii vostram fidem!
Eamus ad ipsam una omnes nos; aut scire, aut nescire hoc volo. *Chr.* Ah.
*Dem.* Quid id est? *Chr.* Itane parum mihi fidem esse apud te? *Dem.* Vin' me credere?
Vin'

VARIANTES LECTIONES

a Pergis? *In utroque Codice.*

1 homo nemo est.

Dem. *Or via perdona a lui, onde tu possa*
*Parlar più agiatamente con colei,*
*Ed ella non ti stracchi.* Nauf. *Come vuoi,*
*Così farò: ma veggio il mio marito*
*Ch' esce di casa tua.* Crem. *O Demifone,*
*A quello consegnato è già il denaro?*
Dem. *Subito procurai, che se gli desse.*
Crem. *Non glielo dar sarebbe stato meglio.*
*Ahimè veggio mia moglie! dissi troppo.*
Dem. *Perchè non glielo dar, Creme, era meglio?*
Crem. *Già van bene le cose.* Dem. *Perchè dunque?*
*Tu forse con colei l' hai tu discorsa,*
*E le hai detto, perchè meniamla via?*
Crem. *Ho fatto tutto.* Dem. *Che dice ella in fine?*
Crem. *Indurre non si puote a patto alcuno.*
Dem. *E perchè non si puote?*
Crem. *Perchè si aman fra lor troppo di cuore.*
Dem. *Ma questo a noi che importa?* Crem. *Importa assai;*
*Ed oltre a tutto questo ho ritrovato,*
*Ch' ella è nostra parente.* Dem. *Che! sei pazzo?*
Crem. *Sia come vuoi: io non lo dico a caso:*
*Fà che richiami un poco alla memoria*
*L' andate cose.* Dem. *Hai tu la mente sana?*
Nauf. *Ah guardati, ti prego, a non peccare*
*Contro il tuo sangue.* Dem. *Ella non ci è parente.*
Crem. *Non lo negare: il nome di suo padre*
*Era un altro, e qui tu prendesti sbaglio.*
Dem. *Forse non conosceva ella suo padre?*
Crem. *Lo conoscea.* Dem. *Perchè con altro nome*
*Ella chiamollo?* Crem. *Tu oggi non sia mai*
*Che credere mi voglia, o che m' intenda?*
Dem. *Se tu non mi dì nulla.* Crem. *Tu mi ammazzi.*
Nauf. *Non so questo che sia.* Dem. *Io certamente*
*Non ne so nulla affatto.* Crem. *Vuoi saperlo?*
*Così Giove mi guardi, come a lei*
*Niuno è più congionto di noi due.*
Dem. *O sommi Dei, la vosta fede imploro.*
*Andiamo tutti insieme a ritrovarla.*
Crem. *Ah!* Dem. *Che cosa è?* Crem. *E a me credi sì poco?*
Dem. *Vuoi tu che il creda, e che nulla più cerchi*
Intor-

Vin' ſatis quaeſitum mihi iſtuc eſſe ? age fiat . quid illa filia
Amici noſtri , quid futurum eſt ? *Chr.* Recte . *Dem.* Hanc igitur mittimus?
*Chr.* Quid ni ? *Dem.* Illa maneat ? *Chr.* Sic . *Dem.* Ire igitur tibi licet , Nauſiſtrata .
*Nauſ.* Sic pol commodius eſſe in omneis arbitror , quam ut coeperas ,
Manere hanc : nam perliberalis viſa eſt , quum vidi , mihi .
*Dem.* Quid iſtuc negotii eſt ? *Chr.* Jamne operuit oſtium ? *Dem.* Jam . *Chr.* Oh Jupiter ,
Dii nos reſpiciunt : gnatam inveni nuptam cum tuo filio . *Dem.* Hem !
Quo pacto id potuit ? *Chr.* Non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus .
*Dem.* At tu intro abi . *Chr.* Heus , ne filii noſtri quidem hoc reſciſcant , volo .

*Intorno a queſto ? Or via ſi creda tutto ;*
*Ma poſcia che ſarà di quella figlia*
*Del noſtro amico ?* Crem. *Bene .* Dem. *Queſta dunque*
*Or licenziamo ?* Crem. *Certo .* Dem. *E quella reſti ?*
Crem. *Sicuro .* Dem. *Dunque puoi tornare a caſa ,*
*Nauſiſtrata .* Nauſ. *Così ſenza alcun fallo*
*Credo , che a tutti ſia per tornar bene ,*
*Quando quella rimanga : aſſai mi parve ,*
*Allora che la vidi , oneſta , e bella .*

Dem. *Che coſa è ſtata queſta ?* Crem. *Ha chiuſo ancora*
*L' uſcio ?* Dem. *E' già chiuſo .* Crem. *O Giove ! i ſommi Dei*
*Ci han gli occhi ſopra : trovata ho mia figlia ,*
*Che già col tuo figliuolo è maritata .*
Dem. *Sì ne ! ma queſto come avvenne mai ?*
Crem. *Luogo non mi par queſto aſſai ſicuro*
*Da dirtelo .* Dem. *E tu vanne dentro in caſa .*
Crem. *Ehu , bada a te ; non vo', che i figli noſtri*
*Riſappiano tal coſa in conto alcuno .*

Ter. Phor. Fig. XXI.

Act.V. Scena IV.

*Ant.* LAetu ſum, ut ut meae res ſeſe habent, fratri obtigiſſe, quod volt.
Quam ſcitum eſt ejuſmodi parare animo cupiditates:
Quas, quum res advorſae ſient, paullo mederi poſſis.
Hic ſimul argentum repperit, cura ſeſe expedivit:
Ego nullo poſſum remedio me evolvere ex his turbis:
Quin ſi hoc celetur, in metu; ſin pateſit, in probro ſim.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa
Hujuſce habendae. ſed ubinam Getam invenire poſſum, ut
Rogem, quod tempus conveniundi patris me capere jubeat?

Antifone.

Ant. *COmunque elle ſi ſian le coſe mie,*
*Godo, che il mio fratello abbia ottenuto*
*Ciò che volea. Che coſa bella in vero*
*Prepararſi tal ſorta di piaceri,*
*A' quali, ſe ti vien qualche diſgrazia,*
*Tu poſſa rimediar con poco, o nulla!*
*Queſti nel punto, che trovò il denaro*
*Si disbrigò da tutte le moleſtie.*
*Ed io non poſſo per maniera alcuna*
*Tirarmi fuora da queſte mie cure.*
*Se il fatto ſi naſconde; di paura*
*Io tremo tutto; e s' egli ſi paleſa,*
*Quanta ignominia a me verranne allora!*
*Ne avrei ardire or di tornare a caſa,*
*Se non mi foſſe data qualche ſpeme*
*Di averla. Ma dove poſſo io trovare*
*Geta, per lui pregar, che mi dimoſtri,*
*Quale e' creda per me tempo più proprio*
*Da parlar con mio padre?*

Act. V. Scena V.

*Phor.* ARgentum accepi : tradidi lenoni : abduxi mulierem :
Curavi, propria ea Phaedria ut potiretur : nam emiſſa eſt manu.
Nunc una mihi res etiam reſtat, quae eſt conficiunda, otium
A ſenibus ad potandum ut habeam : nam aliquot hos ſumam dies.
*Ant.* Sed Phormio eſt. quid ais? *Phor.* Quid? *Ant.* Quidnam nunc facturus Phaedria?
Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe velle ſumere?
*Phor.* Viciſſim parteis tua acturus eſt. *Ant.* Quas? *Phor.* Ut fugitet patrem,
Te ſuam rogavit rurſum ut ageres cauſſam, ut pro ſe diceres :
Nam potaturus eſt apud me : ego me ire ſenibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, dudum quam dixit Geta :

Ne

Formione, e Antifone.

For. *EBbi i quattrini : diedigli al mezzano;*
*Mi preſi la fanciulla, e feci in modo,*
*Che Fedria può goderſela per propria,*
*Che fatta è Libertina. Ora mi reſta*
*Una ſol coſa da condurre a fine,*
*Cioè di procacciarmi un poco d'ozio*
*Da bere, e da mangiare allegramente*
*Alla barba de' vecchi : perchè certo*
*Ci averò qualche giorno da ſtar bene.*
Ant. *Ma queſti è Formion : che coſa dici?*
For. *Che coſa?* Ant. *Fedria or che ſarà per fare?*
*Come dice e', che saziar ſi vuole*
*Dell' amor ſuo?* For. *Adeſſo farà egli*
*Quelle parti, che tu ſteſſo facevi.*
Ant. *E quali?* For. *Acciocchè sfugga egli ſuo padre,*
*Te pregò, che voleſſi dargli aita,*
*E difendeſſi ben le ſue ragioni,*
*Perchè e' verranne a cena a caſa mia.*
*A' vecchi dirò io, che vado in Sunio*
*A comperare una Servetta, come*
*Poco fa diſſe Geta, acciocchè quivi*

Ne quum hic non videant me, conficere credant argentum suum.
Sed ostium concrepuit abs te. *Ant.* Vide, quis egreditur [1]. *Phor.* Geta est.

VARIANTES LECTIONES.

egrediatur.

*Non mi vedendo, non abbian sospetto,*
*Che io mi scialacqui tutto il loro argento.*
*Ma fè rumor la porta di tua casa.*
Ant. *Vedi chi esce*. For. *E' Geta*.

# NOTAE

* Ut ea facilius intelligantur, quae occurrunt in Terentio de Foribus, scilicet Andr. Act. IV. Sc. I.

*Crepuit a Glycerio ostium.*

Adelphos Act. IV. Sc. IV.

*Heus, heus, Aeschinus ego sum, aperite hujus actutum hostium.*

Et Act. V. Sc. III.

*Quisnam a me pepulit tam graviter fores?*

Heautontimorumenos Act. I. Sc. I.

*Sed quid crepuerunt fores?*
*Hinc a me quisnam egreditur?*

Atque alibi passim; operae pretium erit, nonnulla de Theatri distributione attingere, ac praesertim de Scena comicis in actionibus: in tragicis enim Scenam alio modo distributam fuisse comperimus. Ac primo quidem animadvertendum est, nostras Comoedias in platea fuisse actas, aut agro, nulla vero in domo nec officina contra nostrorum temporum opinionem, & praxim.

Theatrum igitur tres in partes dividi potest, Scenam scilicet, Orchestram, & Caveam. Scena ea nuncupatur, ubi Actores agebant, adjuvante Tibicine, seu etiam Citharoedo: atque haec etiam duas partes habebat, posteriorem scilicet, seu superiorem, quae Sipariis tegebatur (Aulaea namque ad tragicam actionem proprie spectant) ne Actores, totusque apparatus spectantium oculis paterent. Anterior autem pars aperta erat, ubi scilicet Comici agebant, Prosceniumque appellabatur: *Proscenium*, ait Isidorus Lib. XVIII., *fuit locus patens, & liber in fronte Scenae, in quem exibant Actores, & histrioniam agebant*. Porro Siparia ea fuisse puto, quae nunc praegrandia picta tegumenta *Tendoni* vulgo nuncupata: obductaque etiam aliquando post singulos Actus fuisse, testatur Donatus in Fragmento de Tragoedia & Comoedia *Siparium est mimicum velum, quod populo obsistit, dum Fabularum Actus immutantur.*

At non in toto agebant Comoedi Proscenio, sed in suggestu quodam, qui medium tenebat, appellabaturque Pulpitum juxta Plinium *Epist. Lib. IV. Epist. XC. Inde ista ludibria Scena, & Pulpito digna*: eratque Orchestra altius quinque pedes juxta Bulengerum, qui ducem habet Vitruvium: talisque magnitudinis, ut Comicos omnes, quotquot acturi erant, Tibicinesque caperet.

Proscenii quoque tres partes erant, media, dextera, atque sinistra. Media pars domos circumcirca referebat. Bulengerus, aliique fere omnes, qui de Theatro scripserunt, auctores nobis sunt, tres fuisse in Scena januas; mediam quidem regiam, aut spelaeum, aut domum magnificam, ubi versarentur ii omnes, qui primas Fabulae partes agerent; dexteram, ubi domus illius, qui secundas; laevam denique, in qua statio jumentorum, & per eam Carri, & Jumenta transmittebantur. His itaque praemissis facilis conjectura est, Actores singulos ex ea prosiluisse janua, qua in eorum domum patebat adytus: quae quidem janua crepitum aliquem emittere oportebat, siquando aperiretur. Sic etiam explicatur Tabula, quae nostra in editione praemittitur Scenae III. Actus III. in Adelphos superius pag. 36. In ea siquidem exhibetur Dromo intra limen domus Micionis dextera in parte sedens, piscesque juxta Syri mandatum curans. Pari modo Heautontim. Act. I. Sc. I. cum Menedemus exhibeatur in agro, & pone ipsum Boum jugum, frumentique fasciculus, in laeva constituitur: mitto enim alias commemorare Tabulas, easque frequentissimas, in quibus Januae, Comicique juxta eas dextera, aut laeva in parte collocantur,

In Proscenii dextera Aram fuisse constat Apollini sacram cum Verbenis, quod probant illa Andriae Act. IV. Sc. IV.

*Ex Ara hinc sume verbenas tibi;*
*Atque eas substerne.*

Quae quidem Ara in Tragoediis Bacco dicabatur.

Tandem sinistra in parte Herois, vel Civis erigebatur statua, cui Ludi, justa, vel parentalia fiebant. Quare quum primum Acta est *Adelphos* laevam Pauli Aemilii statua debuit occupare, cui Q. Fabius Maximus, & P. Cornelius Africanus filii parentalia persolvebant.

Prope anteriorem Scenae partem Orchestra erat, ut Senatores, qui in ejus plano Scena ipsa aliquanto humiliori sedebant, commode agentium gestus cernere possent juxta Vitruvium, qui Lib. V. cap. VI. *Orchestra*, ait, *locus est inter Scenam & Cuneos Senatoribus ad spectandum assignatus*: hi enim licet primis Reipublicae temporibus populo permixti spectaculis adstarent; Attilio tamen Serrano, & L. Scribonio Aedilibus ludos matri deûm facientibus distincta a plebe sedilia in theatris habere coeperunt: quae quidem stabilia minime fuerunt, sed pro tempore adferebantur. Hoc autem loco animadvertit Nicolaus Calliachius, Orchestram aliam fuisse in theatro, ubi Scenici fiebant ludi; in Amphitheatro aliam, in quo Gladiatorum labores, Ferarum dilaniationes, & alia hujusce generis spectacula edebantur: in theatris enim Orchestra erat ipsum theatri planum Scena, Pulpitoque humilius, ut jam diximus, quia ei Proscenium prominebat: sed Amphitheatri Orchestram constituebant quatuor aut quinque gradus arenae proximiores, planumque Gladiatoribus, Feris, Navibus &c. cedebat.

Orchestram denique sequebatur Cavea cum subselliis pro populo, quod innuit Plautus in Amphitr. Prolog. vers. 65.

*Ut conquisitores singuli in subsellia*
*Eant per totam Caveam.*

Act. V. Scena VI.

*Get.* O Fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus *
Quam subito meo hero Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem!
*Ant.* Quidnam hic sibi volt? *Get.* Nosque amicos eju' exonerastis metu!
Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio;
Atque hominem propero invenire, ut haec, quae contigerint, sciat?
*Ant.* Num tu intellegis, hic quid narret? *Phor.* Num tu? *Ant.* Nil. *Phor.* Tantundem ego.
*Get.* Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. *Ant.* Heus Geta. *Get.* Hem tibi.

Num

Geta, Antifone, e Formione.

Get. *O Fortuna, o lietissima fortuna,*
*Vostra mercè quante felici cose,*
*E così presto mai sono accadute*
*Al padron mio Antifone in questo giorno!*
Ant. *Che mai si vuol costui?* Get. *I nostri amici,*
*E noi togliesti affatto di timore.*
*Ma perchè mi trattengo, e non mi getto*
*Questo mantello sopra d' una spalla,*
*E non corro a trovarlo, acciocchè e' sappia,*
*Conforme avvenner tutte queste cose?*
Ant. *Intendi nulla tu di quel, che e' dice?*
For. *E tu nulla ne intendi?* Ant. *Nulla affatto.*
For. *Ed altrettanto anche io* Get. *Andronne dritto*
*Dal mezzano, che certo ivi saranno.*
Ant. *Oe Geta, a te dico.* Get. *Non è cosa*

## NOTAE

* *Fors Fortuna est*, ait Donatus, *cujus diem festum colunt, qui sine arte aliqua vivunt*: (legit Ortelius *qui in arte aliqua vivunt*:) *hujus Aedes trans-Tyberim est*. Varro de Lingua latina v. 3. hanc Aedem a Servio Tullio erectam, festumque diem institutum testatur: *Dies Fortis Fortunae appellatus ab Servio Tullio Rege, quod is phanum Forti [illegible] dum Tyberim extra urbem Romam dedicavit*. Locum, in hoc situm erat phanum, indicavimus in Descriptione Urbis [illegible] mae Tom. I. pag. 214., nempe extra Portam Portuensem, [illegible] nunc parvula Ecclesia S. Mariae *del Riposo*. Non desunt, [illegible]

Fortun

Num mirum, aut novum est revocari [a], cursum cum institueris [1]? *Ant.* Geta.
*Get.* Pergis hercle? nunquam tu odio tuo me vinces. *Ant.* Non manes?
*Get.* Vapulabis [2]. curialis vernula est, qui me vocat.
*Ant.* Id tibi quidem jam fiet; nisi resistis, verbero.
*Get.* Familiariorem oportet esse hunc, qui minitat malum.
Sed is ne est, quem quaero, an non? ipsu' est. *Phor.* Congredere actutum.
*Ant.* Quid est?
*Get.* O omnium, quantum est, qui vivont, homo hominum ornatissume:
Nam sine controversia a diis solus diligere, Antipho.
*Ant.* Ita velim: sed qui istuc credam ita esse, mihi dici velim.
*Get.* Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? *Ant.* Enicas.
*Phor.* Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers, cedo. *Get.* Oh,
Tu quoque hic aderas, Phormio? *Phor.* Aderam: sed cessas? *Get.* Accipe, hem.
Ut modo argentum dedimus tibi apud forum, recta domum
Sumu'

VARIANTES LECTIONES

a revocare cursum, quo institueris?
1 institeris? 2 Vapulabo. *Quae autem sequuntur desunt in Codice usque ad Ant.* Id tibi &c.

*Ne mirabil, ne nuova esser chiamato,*
*Allor che più si corre.* Ant. *Geta.* Get. *Segue*
*A chiamarmi costui, ma certamente*
*Non vincerammi colla sua molestia.*
Ant. *E non ti fermi? Batterotti.* Get. *Questi*
*Sarà il pubblico Servo della Curia,*
*Che mi domanda.* Ant. *Se tu non ti fermi*
*Quello averai, che tu prometti agli altri,*
*Schiena da nerbo.* Get. *Oh via questi bisogna*
*Che sia, giacchè minacciami di frusta,*
*Una persona molto familiare.*
*Ma questi non è quel, che io vo cercando?*
*Certamente egli è desso.*
For. *Vanne subito a lui.* Ant. *Dì; che ci è egli?*
Get. *O degli uomini tutti, che or son vivi,*
*Il più felice, che senza alcun dubbio*
*Te solo aman gli Dei.* Ant. *Così pur sia:*
*Ma dimmi la cagion, perchè io ciò creda.*
Get. *E non basta, che io ti abbia di allegrezza*
*Ripieno tutto quanto, e imbalsamato?*
Ant. *Mi uccidi.* For. *Eh via lascia da parte omai*
*Così belle promesse, e ci racconta*
*La cosa, come sta.* Get. *Che qui tu pure*
*Stavi, Formion?* For. *Ci stava: ed ancor duri?*
Get. *Ascolta. Appena noi ti demmo in piazza*
*L' argento, che n' andammo a dirittura*
*A casa, e in questo mentre il mio padrone*
*M' invia alla tua moglie.* Ant. *Ed a che fare?*
Get. *Io*

## NOTAE

Fortem Fortunam cum Virili confundant: Sed perperam: Fortunam siquidem Virili nomine primum dictam ab Anco Martio testatur Plutarchus in Opusculo *de Fortuna Romanorum*: eique templum extructum postea fuit in Foro Piscario secundum oppositam Tyberis ripam, ubi nunc *Armenorum* Xenodochium visitur: tametsi diligentius considerata secundi hujus Templi structura, quae elegantissima est, Romanaeque Reipublicae magnificentiam redolet, adduci nullo modo possum ut credam, ab Anco Martio sic fuisse erectum. Errat quoque Plutarchus mea quidem sententia, quod Fortunae Fortis Aedem, de qua agimus, a Romanis in hortis a Caesare populo legatis extructam asserat. Alia enim, longeque diversa Aedes Fortunae Forti post Caesaris mortem iis in hortis dicata fuit, quamvis non procul ab illa, quam Servius Tullius extruxerat: primaeque testimonium satis luculentum eruitur ex Livii Lib. XXVII., ubi narrat anno ab U. C. DXLI. *intra cellam Aedis Fortis Fortunae de capite signum, quod in corona erat, in manus sponte sua prolapsum*: facilis quidem homo in prodigiis vel credendis, vel referendis.

Sed audiamus Ovidium, qui locum, festum diem, ludos, templi denique auctorem indicat Fast. Lib. VI.

„ Quam cito venerunt Fortunae Fortis honores!
„ Post septem luces Junius actus erit.
„ Ite, Deam laeti fortem celebrate Quirites:
„ In Tyberis ripa munera Regis habet.
„ Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba:
„ Nec pudeat potos inde redire domum.
„ Ferte coronatae Juvenum convivia lintres:
„ Multaque per medias vina bibantur aquas.
„ Plebs colit hanc: quia qui posuit, de plebe fuisse
„ Fertur, & ex humili sceptra tulisse loco.

Sumu' profecti : interea mittit herus me ad uxorem tuam.

*Ant.* Quamobrem? *Get.* Omitto proloqui : nam nihil ad hanc rem eſt, Antipho.
Ubi in gynaeceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida :
Pone apprehendit [1] pallio : reſupinat : reſpicio : rogo,
Quamobrem retineat me : ait, eſſe vetitum intro ad heram accedere :
Sophrona modo fratrem huc, inquit, ſenis introduxit Chremem,
Eumque nunc eſſe intus cum illis. hoc ubi ego audivi, ad fores
Suſpenſo gradu placide ire perrexi : acceſſi : aſtiti :
Animam compreſſi, aurem admovi : ita animum coepi attendere ;
Hoc modo ſermonem captans. *Ant.* Euge Geta [a]. *Get.* Hic pulcherrimum
Facinus audivi : itaque pene hercle exclamavi gaudio.

*Phor.* Quod? *Get.* Quodnam arbitrare? *Ant.* Neſcio. *Get.* Atqui mirificiſſimum :
Patruus tuus eſt pater inventus Phanio uxori tuae. *Ant.* Hem,
Quid ais? *Get.* Cum eju' olim conſuevit matre in Lemno clanculum.

*Phor.* Somnium. utin' haec ignoraret ſuum patrem? *Get.* Aliquid credito,
Phormio, eſſe cauſſue. ſed me cenſen' potuiſſe omnia
Intellegere extra oſtium, intus, quae inter ſeſe ipſi egerint?

*Phor.* Atque hercle ego quoque illam audivi fabulam [b]. *Get.* Immo etiam dabo,
Quo magi' credas : Patruus interea inde huc egreditur foras :
Haud multo poſt cum patre idem recipit ſe intro denuo :

Ait

VARIANTES LECTIONES

a Heu Geta. *Sic etiam in altero Codice.* b Atque ego quoque audivi illam fabulam &c.

1 me adprehendit.

Get. *Io laſcio i proloqui, perchè nulla*
*Han che fare, Antifon, con queſta coſa.*
*Mentre incomincio a entrare nelle ſtanze,*
*Ove ſtanno le donne, a me ne corre*
*Il Servo Mida, e preſomi di dietro*
*Pel mio mantel mi fa piegar la ſchiena.*
*Lo riguardo, e gli chiedo la cagione,*
*Perchè egli mi rattenga. Mi riſponde*
*Eſſervi ordin, che alcuno non ſi accoſti*
*Alla padrona, la quale ſi trova*
*Con Cremete fratel di Demifone,*
*Che ſta dentro con eſſa. Udito queſto*
*Sulla punta de' piedi cheto cheto*
*Me n' andai verſo l' uſcio, e quivi giunto*
*Rattenni il fiato, ſpalancai le orecchie,*
*E atteſi con aſtuzia a rinvangare*
*I lor diſcorſi.* Ant. *E viva Geta.* Get. *Quivi*
*Un belliſſimo fatto udir potei,*
*Ed ebbi per la gioja a dare un grido.*
For. *E quale?* Get. *O vedi un po' ſe ci dai dentro.*
Ant. *Non ſollo.* Get. *Affè ch' egli è mirabiliſſimo.*
*Della tua moglie Fania ſi è trovato*
*Eſſer padre il tuo zio.* Ant. *Oh che mi narri!*
Get. *In Lenno di naſcoſo ebbe e' che fare*
*Colla madre di lei.* For. *Un ſogno è queſto.*
*Conoſcer non doveva ella ſuo padre?*
Get. *Credi Formione pur, che qualche coſa*
*Fu di ciò la cagione. Ma ti penſi,*
*Che abbia potuto udir, ſtandomi all' uſcio,*
*Ciò ch' eſſi dentro ragionar fra loro?*
For. *Per Ercole ancor io coteſta favola*
*Udito ho raccontar.* Get. *Anzi darotti*
*Qualche indizio più chiaro, onde tu il creda.*
*In queſto mentre ſe n' eſce di caſa*
*Loro il tuo zio, e poi lo ſteſſo tornovvi*
*Col ſuo fratello poco tempo dopo;*

*E dir*

Ait uterque, tibi poteſtatem ejus habendae ſe dare:
Denique ego ſum miſſus, te ut requirerem, atque adducerem.
*Ant.* Hem quin ergo? rape me[a]. ceſſas[1]? *Get.* Fecero. *Ant.* O mi Phormio[b]
Vale. *Phor.* Vale Antipho. bene, ita me dii ament, factum, & gaudeo.
Tantam fortunam de improviſo eſſe his datam?
Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phaedriae curam adimere argentariam,
Ne cuiquam ſuorum aequalium ſupplex ſiet.
Nam idem hoc argentum, ita ut datum eſt ingratiis,
His datum[c] erit: hoc qui cogam, re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi voltuſque eſt capiundus novus.
Sed hinc concedam in angiportum hunc proxumum:
Inde hiſce oſtendam me, ubi erunt egreſſi foras.
Quo me adſimularam ire ad mercatum, non eo.

VARIANTES LECTIONES

a Quin ergo rape me: quid ceſſas? b Heus Phormio. c Ei datum.
1 quid ceſſas?

*E dicon ambidue, che ti dan piena*
*Licenza per averla in tua mogliera.*
*Alla fin ſon mandato a queſto effetto*
*Di ritrovarti, e di cordurti a loro.*
Ant. *Or via, perchè tu tardi? con preſtezza*
*Prendimi, e là mi porta: non ti muovi?*
Get. *Andiamo pur.* Ant. *Formione mio, ſtà ſano;*
For. *E tu pure, Antifone. Oh come bene,*
*Così mi amin gli Dei, è ciò ſucceſſo,*
*Ed ho ſommo piacer, che ſia venuta*
*All' improvviſo lor tanta fortuna,*
*Or mi ſi apre una larga via*
*Da poter uccellar queſti due vecchi,*
*E Fedria liberar dal gran penſiero*
*Di ritrovar denaro, e che non ſia*
*In avvenir forzato a ſupplicare*
*Neſſun de' ſuoi compagni per tal cura;*
*Imperocchè queſto medeſmo argento,*
*Tale quale l' ebbi io da' due vecchi*
*Loro mal grado, ſarà dato a lui;*
*E queſto come mi abbia a riuſcire*
*Ho già penſato. Adeſſo mi conviene*
*Prendere nuovi geſti, e nuovo viſo:*
*Ma voglio ritirarmi in quel vicino*
*Chiaſſuolo, e quando eſſi uſciranno fuora,*
*Uſcirne anche io, e preſentarmi loro.*
*A quel mercato, ove di andare io finſi*
*Or già più non voglio ire.*

Ter. Phor. Fig. XXIV

Act. V. Scena VII.

*Dem.* DIis magnas merito gratias habeo, atque ago,
Quando evenere haec nobis, frater, profpere.
Quantum poteft, nunc conveniendus Phormio eft,
Priufquam dilapidet noftras triginta minas,
Ut auferamus. *Phor.* Demiphonem, fi domi eft,
Vifam: ut quod. *Dem.* At nos ad te ibamus, Phormio.
*Phor.* De eadem hac fortaffe cauffa? *Dem.* Ita hercle. *Phor.* Credidi.
Quid ad me ibatis? ridiculum. An veremini [a],
Ne non id facerem, quod recepiffem femel?
Heus, quanta quanta haec [1] mea paupertas eft, tamen

*Chr.* Eft

VARIANTES LECTIONES

a verebamini.
1 Heus heus quanta haec &c.

Demifone, Formione, e Cremete.

Dem. I*O rendo a' fommi Dei grazie infinite*
*Col cuore, e colla bocca, ogni qual volta*
*Accadute ci fono quefte cofe*
*Così felicemente. Ora il più prefto*
*Che fi puote, convien, che ci abbocchiamo*
*Con Formion, prima che le trenta mine*
*E' non ci mandi in fumo, e a cafa noftra*
*Le riportiamo.* For. *Io vò veder, fe in cafa*
*E' Demifone, acciocchè quello...* Dem. *Appunto*
*Ti andavamo cercando.* For. *E credo forfe*
*Per la cagion medefima.* Dem. *Sì certo.*
For. *L' ho creduto. Ma ditemi a qual fine*
*Venivate a cercarmi? al certo è cofa*
*Ridicola, fe voi forfe temete,*
*Che io fia mai per mancarvi di parola.*
*Ah per quanta fi fia mia povertade,*
*Nondimeno fin qui folo ho cercato,*

*Serven-*

Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mi esset fides.
*Chr.* Est ne ea ita, ut dixi, liberalis? *Dem.* Oppido.
*Phor.* Itaque ad vos venio nunciatum, Demipho,
Paratum me esse: ubi voltis, uxorem date;
Nam omneis posthabui mihi res, ita uti par fuit,
Postquam, tantopere id vos velle, animum advorteram.
*Dem.* At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem:
Nam qui rumor erit populi, inquit, si id feceris?
Olim, cum honeste potuit, tum non est data:
Nunc viduam extrudi [a], turpe est: ferme eadem omnia,
Quae tute dudum coram me incusaveras.
*Phor.* Satis superbe inluditis me. *Dem.* Qui? *Phor.* Rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?
*Chr.* Tum autem, Antiphonem video ab sese amittere
Invitum eam, inque. *Dem.* Tum autem video, filium
Invitum sane mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum: atque illud mihi
Argentum jube rursum rescribi Phormio.
*Phor.* Quod ne ego perscripsi [b] porro illis, quibu' debui?
*Dem.* Quid igitur fiet? *Phor.* Si vis mihi uxorem dare,
Quam despondisti, ducam: sin est, ut velis
Manere apud te illam, hic dos maneat [1], Demipho:

Nam

VARIANTES LECTIONES.

*a* Eam nunc extrudi, turpe est. *b* descripsi.
1 dos hic omnis maneat,

*Servando fede altrui di trovar fede.*
Crem. *Ti par bella così, come io ti dissi?*
Dem. *Assai.* For. *Or dunque son venuto a dirvi,*
*Demifone, come io mi trovo in punto:*
*Quando vi piace, datemi la moglie.*
*Tutte le cose mie dietro le spalle*
*Già mi gettai, siccome era il dovere,*
*Dal punto, che compresi, che ne avevi*
*Così gran volontà, che io la pigliassi.*
Dem. *Egli è vero: ma sciolto mi ha costui*
*Dal dartela col dirmi; e che rumore*
*Sarà trà'l popol mai, se farai questo?*
*Quando dar si poteva onestamente,*
*Allora non si è data; ora il volerla*
*Quasi vedova trar fuora di casa,*
*E' sconcia cosa. In somma egli mi disse*
*Poco meno che tutte quelle cose,*
*Che tu stesso per questa istessa causa*
*A me dicesti.* For. *Assai superbamente*
*Voi mi schernite.* Dem. *Ed in quale maniera?*
For. *Me ne domandi? mi si toglie il modo*
*Ancor di prender l' altra. Con che viso*
*Andronne a lei, che poco fa sprezzai?*
Crem. *E poi di lui, veggio, che Antifone*
*A forza sol la lasciarebbe andare.*
Dem. *Ma vanne in grazia prontamente in piazza,*
*E lì comanda, che le trenta mine,*
*Che ti detti, mi sian ristituite.*
For. *Le trenta mine, che io per iscrittura*
*Detti a' miei creditori?* Dem. *E che sia dunque?*
For. *Se mi vuoi dare la promessa moglie,*
*Prenderolla; se poi vuoi, che ella resti*



*Teco;*

Nam non est aequom, me propter vos decipi:
Cum ego vestri honoris caussa repudium alterae
Remiserim, quae tantundem dotis dabat.
*Dem.* I in malam rem hinc cum istac magnificentia,
Fugitive: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? *Phor.* Inritor. *Dem.* Tu ne hanc duceres
Si tibi data esset [a]? *Phor.* Fac periclum. *Dem.* Ut filius
Cum illa habitet apud te, hoc vestrum consilium fuit.
*Phor.* Quaeso, quid narras? *Dem.* Quin tu mihi argentum cedo.
*Phor.* Immo vero uxorem tu cedo. *Dem.* In jus ambula.
*Phor.* In jus? enim vero, si porro esse odiosi pergitis.
*Dem.* Quid facies? *Phor.* Egone? vos me indotatis modo
Patrocinari fortasse arbitramini:
Etiam dotatis soleo. *Chr.* Quid id nostra? *Phor.* Nihil.
Hic quandam noram, cujus vir uxorem.... *Chr.* Hem! *Dem.* Quid est?
*Phor.* Lemni habuit aliam. *Chr.* Nullus sum. *Phor.* Ex qua filiam
Suscepit: & eam clam educit [b]. *Chr.* Sepultu' sum.
*Phor.* Haec adeo ego illi jam denarrabo. *Chr.* Obsecro,
Ne facias. *Phor.* Oh, tun' is eras? *Dem.* Ut ludos facit!
*Chr.* Missum te facimus. *Phor.* Fabulae. *Chr.* Quid vis tibi?
Argentum quod habes, condonamus te. *Phor.* Audio:

Quid

VARIANTES LECTIONES

*a* daretur. *b* educat. *In utroque Codice.*

*Teco; qui resti, Demifon, la dote.*
*Perchè giusto non è, ch' io sia ingannato*
*Per cagion vostra, quando a solo oggetto*
*Del vostro onore io ripudiai quell' altra,*
*Che pur mi dava questa stessa dote.*
Dem. *Vanne in malora con cotesta tua*
*Magnificenza, fuggitivo infame;*
*Esser ti credi ancora sconosciuto,*
*Ne si sappiano i tristi fatti tuoi?*
For. *Sono irritato.* Dem. *Se ti fosse data,*
*Forse tu con costei ti accaseresti?*
For. *Fanne la prova.* Dem. *Fu consiglio vostro,*
*Che appresso te con lei si stesse il figlio.*
For. *Che mi racconti in grazia?* Dem. *Or via l'argento,*
*Perchè tu non mi dai?* For. *Anzi la moglie*
*Perchè tu non mi dai?* Dem. *Al tribunale*
*Andiamo.* For. *Al tribunale? se durate*
*Ad essermi molesti...* Dem. *E che farai?*
For. *Che farò io! Vuoi altri vi credete,*
*Che io sol difenda le misere donne*
*Prive di dote? ben difendo ancora*
*Quelle, che l' hanno.* Dem. *E questo a noi, che importa?*
Fro. *Nulla. in questa cittade ho conosciuto*
*Una tale, il di cui marito aveva...*
Crem. *Oh...* Dem. *Che cosa è?* For. *Un' altra moglie in Lenno.*
Crem. *Sono spacciato.* For. *E n' ebbe da colei*
*Una figliuola, e quella di soppiatto*
*Allevò.* Crem. *Son sepolto.* For. *Or questo fatto*
*Narrerò certamente all' altra moglie.*
Crem. *Ti supplico a tacer.* For. *Oh tu sei quegli?*
Dem. *Come ci burla!* Crem. *Ti doniam l' argento.*
For. *Son ciarle.* Crem. *E che di più far noi possiamo?*
*Ti doniam quell' argento, che è in tua mano.*
For. *V' intendo molto bene. Or perchè voi*

*Sciocchi*

Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini,
Inepti, vostra puerili sententia?
Nolo, volo, volo, nolo rursum: cedo, cape:
Quod dictum indictum est: quod modo erat ratum, irritum est.
*Chr.* Quo pacto, aut unde haec hic rescivit? *Dem.* Nescio,
Nisi, me dixisse nemini, id certo scio.
*Chr.* Monstri, ita me dii ament, simile. *Phor.* Injeci scrupulum. *Dem.* Hem,
Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori hercle satius est:
Animo virili praesentique sis, para;
Vides tuum peccatum esse elatum foras:
Neque jam id çelare posse te uxorem tuam:
Nunc, quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,
Id nosmet[1] indicare placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Ulcisci. *Phor.* At at, nisi mihi prospicio, haereo:
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
*Chr.* At vereor, ut placari possit. *Dem.* Bono animo es:
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Cum e medio excessit, unde haec suscepta est[a] tibi.
*Phor.* Itane mecum agitis? satis astute aggredimini:

Non

VARIANTES LECTIONES

*a* sit.

1 nosmetipsos.

*Sciocchi che siete, me prendete a giuoco,*
*Operando all' usanza de' ragazzi?*
*Non voglio, voglio, e di nuovo non voglio,*
*Dà, piglia, dico, mi disdico, e quello,*
*Che è fatto, ora è disfatto.* Crem. *D'onde mai,*
*E da chi riseppe egli tali cose?*
Dem. *Non lo so; benchè a niuno il dissi.*
Crem. *Così mi amin gli Dei, come a me pare*
*Tal fatto mostruoso.* For. *Io gli ho cacciato*
*Un sassolino dentro della scarpa.*
Dem. *Ah dunque sarà vero, che costui*
*Ci abbia da portar via sì gran denaro,*
*E che ci beffi tanto alla scoperta?*
*Per Ercole, che meglio egli è il morire.*
*Accingiti fratello ad esser forte,*
*E ti riempi di animo virile.*
*Già vedi, che il tuo fallo è divulgato,*
*E celar più nol puoi alla tua donna.*
*Or ciò, che ella udirà certo dagli altri,*
*Dichiamole noi stessi, ed in tal guisa*
*La potremmo placar più facilmente;*
*E allor potremo di questo uomo iniquo*
*Prender vendetta a nostro piacimento.*
For. *Ah ah, se io ben non bado a' fatti miei,*
*M' imbroglio malamente: io veggio chiaro,*
*Che mi vengon costor stretti alla vita,*
*Siccome disperati gladiatori.*
Crem. *Ma temo, che colei non placherassi.*
Dem. *Stà di buon cuor, che sarà cura mia*
*Rappatumarvi insieme, specialmente*
*Fidato sulla morte di colei,*
*Da cui avesti questa tua figliuola.*
For. *Così trattate meco? senza dubbio*
*Con molta astuzia mi venite addosso:*



*Ma,*

Non hercle ex re istiu' me instigasti, Demipho.
Ain tu? ubi, quae libitum fuerit, peregre feceris,
Neque hujus sis veritus foeminae primariae,
Novo modo ei quin faceres contumelias;
Venias mihi [1] precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Ut ne restinguas, lacrumis si exstillaveris.
*Dem.* Malum, quod isti dii, deaeque omnes duint.
Tantane affectum hominem quenquam esse audacia?
Non hoc publicitus scelus hinc deportarier [a]
In solas terras? *Chr.* In id redactus sum loci,
Ut quid agam cum illo, nesciam prorsus. *Dem.* Ego scio.
In jus eamus. *Phor.* In jus? huc, si quid lubet.
*Dem.* Assequere, ac retine, dum huc ego servos evoco [2].
*Chr.* Enim solu' nequeo: accurre huc. *Phor.* Una injuria est
Tecum. *Chr.* Lege agito ergo. *Phor.* Altera est tecum, Chreme.
*Dem.* Rape hunc. *Phor.* Sic agitis [3]? enimvero voce est opus.
Nausistrata, exi. *Chr.* Os opprime. *Dem.* Impurum vide,
Quantum valet. *Phor.* Nausistrata, inquam. *Chr.* Non taces?
*Dem.* Taceam? *Dem.* Ni sequitur, pugnos in ventrem ingere,
Vel oculum exclude [b]. *Phor.* Est ubi vos ulciscar [4] probe.

VARIANTES LECTIONES

*a* asportarier. *b* exculpe.
1 nunc mihi. 2 dum hinc servos voco. 3 Itane agitis? 4 ulciscar locus.

*Ma, Demison, non tornerà per dio*
*Bene a costui il mal, che voi mi fate.*
*Così dunque tu dì? tu che lontano*
*Hai fatto quello, che ti è più piaciuto;*
*Ne ti sei vergognato a fare oltraggio*
*A principal matrona in modo strano?*
*Or cerca pure a forza di preghiere*
*Lavar le macchie della colpa tua;*
*Che io ti prometto cogli detti miei*
*Contro di te di accenderla in tal guisa,*
*Che se ti disfacessi tutto in pianto,*
*Spegner non la potrai per modo alcuno.*
Dem. *Canchero! Che costui alla malora*
*Mandin tutti gli dei, e ancor le dee.*
*Si può dar uomo più di lui sfrontato?*
*Perchè non si tramanda questo iniquo*
*Rilegato per pubblica sentenza*
*In qualche strania terra?* Crem. *Io son ridotto*
*A tal con esso, che non so più certo,*
*Che cosa ho da far seco.* Dem. *Io sollo: andiamo*
*Al tribunale.* For. *Al tribunale! a casa*
*Tua n' andremo, se da me vuoi nulla.*
Dem. *Vagli appresso, e ritienlo fino a tanto*
*Che chiamo i servi.* Crem. *Da me sol non posso:*
*Corri qua.* For. *Ho già teco una querela.*
Dem. *Intentane il giudizio.* For. *E teco un' altra,*
*Cremete.* Dem. *Piglia, e porta via costui.*
For. *Così fate? ma qui d' uopo è strillare:*
*Nausistrata, esci fuora.* Crem. *Colle mani*
*Turagli quella bocca.* Dem. *Oh vedi forza*
*Ch' egli ha questo furfante!* For. *Nausistrata,*
*Esci fuora, a te dico.* Crem. *E ancor non taci?*
For. *Che io taccia?* Dem. *S' e' non ci vuol seguire,*
*E tu nel ventre dagli delle pugna,*
*O fagli uscire un occhio dalla testa.*
For. *Di vendicarmi avrò modo ancor io.*

*Nauf.* Q

Act.V. Scena VIII.

*Nauſ.* QUi nominat me? *Chr.* Hem! *Nauſ.* Quid iſtuc turbae eſt, obſecro,
Mi vir? *Phor.* Hem, quid nunc obticuiſti[a]? *Nauſ.* Quis hic homo eſt?
Non mihi reſpondes? *Phor.* Hiccine ut[b] reſpondeat,
Qui hercle, ubi ſit, neſcit? *Chr.* Cave iſti quidquam creduas.
*Phor.* Abi: tange: ſi non totus friget, me enica.
*Chr.* Nihil eſt. *Nauſ.* Quid ergo? quid iſtic narrat? *Phor.* Jam ſcies:
Auſculta. *Chr.* Pergin' credere? *Nauſ.* Quid ego, obſecro,
Huic credam, qui nil dixit? *Phor.* Delirat miſer
Timore. *Nauſ.* Non pol temere eſt, quod tu tam times.
*Chr.* Ego[c] timeo? *Phor.* Recte ſane. quando nihil times,

Et

VARIANTES LECTIONES

a obſtupuiſti. b ut tibi. c Egon'.

Nauſiſtrata, Cremete, Formione,
e Demiſone.

Nauſ. C*Hi mi chiama per nome?* Crem. *Oh...*
Nauſ. *Dimmi in grazia*
*Coſa è queſto rumore?* For. *Oh, che ti ſei*
*Ammutolito a un tratto?* Nauſ. *E chi è coſtui?*
*Non mi riſpondi?* For. *Che egli ti riſponda!*
*Quando e' per dio non ſa, dove ſi ſia.*
Crem. *Guarda di non dar fede a' detti ſuoi.*
For. *Madonna vanne a lui, e un poco il tocca,*
*E ſe nol trovi freddo come un gelo,*
*E tu mi ammazza.* Crem. *Son tutte bugie.*
Nauſ. *Che coſa è dunque? e che dice coſtui?*
For. *Tu lo ſaprai: aſcolta.* Crem. *E gli vuoi credere?*
Nauſ. *Che vuoi tu, che io gli creda, ſe per anco*
*E' non ha detto nulla.* For. *Pel timore*
*Coſtui dà in ciampanelle.* Nauſ. *Non è mica*
*Per nulla queſto tuo tanto timore.*
Crem. *Io ho timore?* For. *Oh via, tutto va bene:*
*E già che nulla temi, e quel che io dico*

*Pur*

Et hoc nihil eſt, quod dico ego. tu narra: *Dem.* Scelus
Tibi narret? *Phor.* Eho tu: factum eſt abs te ſedulo
Pro fratre. *Nauſ.* Mi vir non mihi narras[a]? *Chr.* At. *Nauſ.* Quid at?
*Chr.* Non opus eſt dicto. *Phor.* Tibi quidem: at ſcito huic opu' ſt.
In Lemno. *Chr.* Hem, quid ais? *Dem.* Non taces? *Phor.* Clam te. *Chr.* Hei mihi
*Phor.* Uxorem duxit. *Nauſ.* Mi homo, dii melius duint.
*Phor.* Sic factum eſt. *Nauſ.* Perii miſera. *Phor.* Et inde filiam
Suſcepit jam unam, dum tu dormis. *Chr.* Quid agimus?
*Nauſ.* Pro dii immortales; facinus indignum[b], & malum!
*Phor.* Hoc actum eſt. *Nauſ.* An quidquam hodie eſt factum indignius,
Qui mi? ubi ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.
Demipho, te appello: nam me cum hoc ipſo diſtaedet loqui.
Haeccine erant itiones crebrae, & manſiones diutinae
Lemni? haeccine erat, quae noſtros fructus minuebat vilitas[c]?
*Dem.* Ego, Nauſiſtrata, eſſe in hac re culpam meritum non nego:
Sed ea quin ſit[1] ignoſcenda. *Phor.* Verba fiunt mortuo.
*Dem.* Nam neque neglegentia tua, neque odio id fecit tuo.
Vinolentus fere ab hinc annos quindecim mulierculam
Eam compreſſit, unde haec nata eſt: neque poſtilla unquam attigit.

Ea

VARIANTES LECTIONES

*a* dices? *b* miſerandum. *c* haeccine erat ea quae noſtros minuit fructus, vilitas? *Sic etiam in altero Codice.*
1 quae ſit.

*Pur ſi riduce a nulla, ed a che fine*
*Tu non lo narri?* Dem. *Iniquo ſcellerato,*
*Egli ha da raccontarlo!* For. *Oh via, pur troppo*
*Il tuo fratello hai fino a qui difeſo.*
Nauſ. *Marito mio, perchè non me lo narri?*
Crem. *Ma..* Nauſ. *Che ma?* Crem. *Non è d' uopo*
*il raccontarlo.*
For. *A te certo; ma a queſta egli è ben duopo.*
*In Lenno...* Crem. *E che ti eſce ora egli di bocca?*
Dem. *Ne vuoi chietarti?* For. *Senza tua ſaputa...*
Crem. *Ah me infelice!* For. *Egli ſi preſe moglie.*
Nauſ. *Marito mio, ci dien coſe migliori*
*I ſommi Dei.* For. *Così fece egli al certo.*
Nauſ. *Miſera che io ſon morta!* For. *E quindi n'ebbe,*
*Mentre tu ſonnacchiavi, una figliuola.*
Crem. *Ora noi che facciamo?* Nauſ. *Eterni dei,*
*Che fatto indegno è queſto!* For. *Sta la coſa,*
*Siccome aſcolti.* Nauſ. *E in queſta noſtra etade'*
*Opera ſi udì mai cotanto iniqua*
*Di un uomo maritato! e queſti poi,*
*Che ſon giovan coll' altre, a un tratto fanſi,*
*Quando ſono con noi, deboli, e vecchi.*
*Te, Demifone, appello; che m' increſce*
*Favellar con coſtui. Erano dunque*
*Queſte le ſpeſſe gite, ed eran queſte*
*Le così lunghe permanenze in Lenno?*
*E queſta ell' era la grande abbondanza,*
*Onde ſi fea cotanto vil l' annona,*
*E le mie graſcie ſi vendean sì poco?*
Dem. *Nauſiſtrata, non nego, che e' non abbia*
*Oprato mal; ma dico, che ella è colpa,*
*Che abbuonar gli ſi debbe.* For. *A un uomo morto*
*Adeſſo ſi ragiona.* Dem. *Non cadde egli*
*In tal error, per uſarti diſprezzo,*
*Ne per averti in odio: alto di vino,*
*Sono oggi quindici anni, ebbe che fare*
*Con quella donnicciuola, e da lei n' ebbe*
*Una figliuola; e da quel giorno in poi*

Non

Ea mortem obiit; e medio abiit, qui fuit in re hac ſcrupulus.
Quam ob rem te oro, ut alia facta tua ſunt, aequo animo hoc feras.
*Nauſ.* Quid ego aequo animo? cupio miſera in hac re jam defungier.
Sed quid ſperem? aetate porro minu' peccaturum putem?
Jam tum erat ſenex, ſenectus ſi verecundos facit.
An mea forma atque aetas nunc magis expetenda eſt, Demipho?
Quid mihi hic affers [1], quam ob rem exſpectem aut ſperem, porro non fore?
*Phor.* Exequias Chremeti, quibus commodum ire, hem tempus eſt.
Sic dabo: age nunc, Phormionem [2], qui volet, laceſſito:
Faxo tali eum mactatum [a], atque hic eſt, infortunio.
Redeat ſane in gratiam: jam [b] ſupplicii ſatis eſt mihi.
Habet haec ei, quod dum vivat, uſque ad aurem obganniat.
*Nauſ.* At meo merito credo: quid ego nunc commemorem, Demipho,
Singillatim, qualis ego in iſtum [3] fuerim? *Dem.* Novi aeque omnia
Tecum. *Nauſ.* Merito hoc meo videtur factum? *Dem.* Minime gentium:
Verum, quando jam accuſando fieri infectum non poteſt,
Ignoſce: orat; confitetur; purgat: quid vis amplius?
*Phor.* Enim vero, prius quam haec dat veniam, mihi proſpiciam & Phedriae.
Heus,

VARIANTES LECTIONES

*a* Faxo talis id mactatus, atque &c. *b* jam. *Deeſt*.
1 Quid mihi nunc adfers. 2 age Phormionem. 3 in hunc.

*Non più toccolla, ed eſſa in oggi è morta.*
*In un con lei tolta è di mezzo ancora*
*Ogni cagion di ſcrupoli, e ſoſpetti.*
*Però ti prego a ſoffrire in pace,*
*Siccome ſuoli tutte le altre coſe,*
*Ancor queſta.* Nauſ. *E che coſa ho da ſoffrire*
*In pace? io bramo, miſera che ſono,*
*Che e' qui finiſca. Ma che mai ſperare*
*Potrò? che forſe per l' età matura*
*Egli in mal fare averà più ritegno?*
*Allor pur era vecchio, che vuol dire*
*In una età, che eſige eſſer modeſti;*
*Oh credi tu, che avrà queſto mio viſo,*
*Ed avranno queſti anni più attrattiva*
*Adeſſo, che non l' ebber di quel tempo?*
*Qual ragion dunque, Demiſon, mi porti,*
*O per qual coſa doverò ſperare,*
*Che in avvenir mi ſarà più fedele?*
For. *Già comincian l' eſequie di Cremete;*
*Per chi ci vuole andare è adeſſo il tempo.*
*Così gli tratterò. Oh via; Formione*
*Strapazzi pur chiunque ne ha deſio,*
*Che renderollo miſero altrettanto,*
*Quanto ho reſo coſtui. Ritorni pure*
*In grazia colla moglie: ammi abbaſtanza*
*Pagato di ſupplizio, e di tormento,*
*E in oltre averà queſta, inſin ch' e' vive,*
*Materia da ſturargli ogni or gli orecchi.*
Nauſ. *Ma la mia dabbenagin ne fu colpa:*
*Or perchè raccontarti, o Demiſone,*
*Diſtintamente, come mi ſon ſempre*
*Portata ſeco?* Dem. *Al par di te mi è noto.*
Nauſ. *Ti pare forſe, che io ciò meritaſſi?*
Dem. *No certamente: ma quando l' accuſa*
*Non cancella l' error, tu gli perdona;*
*Egli ti prega, egli l' error confeſſa,*
*Ed inſieme lo ſcuſa: d' avvantaggio*
*E che pretendi?* For. *Prima che coſtei*
*Gli perdoni, egli è bene, che provveda*
*A me, e a Fedria. Nauſiſtrata, aſcolta,*
*Avanti*

Heus, Nausistrata, priusquam huic respondes temere, audi. *Nauſ.* Quid est?
*Phor.* Ego minas triginta ab isto per fallaciam abstuli:
Eas dedi tuo gnato: is pro sua amica lenoni dedit.
*Chr.* Hem quid ais? *Nauſ.* Adeon' indignum tibi videtur, filius
Homo adolescens unam si habet amicam, tu uxores duas?
Nil pudere? quo ore illum objurgabis? responde mihi.
*Dem.* Faciet, ut voles. *Nauſ.* Imo, ut meam jam scias sententiam,
Neque ego ignosco, neque promitto quidquam, neque respondeo
Prius quam gnatum video: ejus judicio permitto omnia: is
Quod jubebit, faciam. *Phor.* Mulier sapiens es, Nausistrata.
*Nauſ.* Satin' id est tibi? *Phor.* Imo vero pulchre discedo, & probe,
Et praeter spem. *Narſ.* Tu tuum nomen dic, quod est. *Phor.* Mihin'? Phormio:
Vestrae familiae hercle amicus, & tuo summus Phaedriae.
*Nauſ.* Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quod potero, & quae voles,
Faciamque, & dicam. *Phor.* Benigne dicis. *Nauſ.* Pol meritum est tuum.
*Phor.* Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata,
Et quod tuo viro oculi doleant? *Nauſ.* Cupio. *Phor.* Me ad coenam voca.
*Nauſ.* Pol vero voco. *Dem.* Eamus intro hinc. *Nauſ.* Fiat: sed ubi est Phaedria
Judex noster? *Phor.* Jam hic faxo aderit. Vos valete, & plaudite.

*Avanti che tu dia risposta alcuna*
*A questo senza ben pensarvi sopra.*
Nauſ. *Che c' è?* For. *Da trenta mine da costui*
*Io tolsi con astuzia, e quelle diedi*
*Al tuo figliuolo, ed egli poi sborsolle*
*Al mezzan per godersi dell' amica.*
Crem. *Eh! cosa dici?* Nauſ. *A te par tanto fallo,*
*Che il tuo figliuolo giovane si tenga*
*Una sua amica, quando tu già vecchio*
*Avevi due mogliere?*
*Ne di ciò vergognarti? Or con qual faccia*
*Tu lo potrai riprendere? rispondi.*
Dem. *Farà, come vorrai.* Nauſ. *Anzi acciocch' egli*
*Sappia l' animo mio; non gli perdono;*
*Non gli prometto nulla, e nulla affatto*
*Gli rispondo, fin tanto che non veggio*
*Il mio figliuolo, al giudizio del quale*
*Rimetto queste cose, e quel che a lui*
*Parerà ben di fare, ed io farollo.*
For. *Nausistrata, tu sei donna ben savia.*
Nauſ. *Questo ti basta?* For. *Anzi vo via contento,*
*E contro ogni speranza.* Nauſ. *Qual è il nome,*
*Con cui ti chiami?* For. *A me dì? Formione,*
*Tutto di casa vostra, e spezialmente*
*Di Fedria.* Nauſ. *Formione, in avvenire*
*Dirò, e farò per te, per quel che io posso,*
*Ciò che vorrai.* For. *Benignamente al certo*
*Tu parli,* Nauſ. *Il merto tuo così richiede.*
For. *Vuoi tu far cosa in oggi, che mi piaccia,*
*E che ferisca gli occhi al tuo marito?*
Nauſ. *Lo bramo assai.* For. *Invitami alla cena.*
Nauſ. *T' invito certamente.* Dem. *Andiamo dentro.*
Nauſ. *Andiam. Ma dove Fedria or si ritrova*
*L'arbitro nostro?* For. *Io farò ben, che in breve*
*Qua si trovi presente. E voi fratanto*
*Conservatevi sani, e fate plauso.*

Fine del Formione.

# P. TERENTII
# HECYRA.

ACTA . LVDIS [a] . ROMANIS [1]
SEX . JVLIO . CAES. CN. CORNELIO . DOLABELLA
AEDILIBVS . CVRVLIBVS
NON . EST . PERACTA . TOTA
MODOS . FECIT
FLACCVS . CLAVDII . TIBIIS . PARIB.
CN. OCTAVIO . T. MANLIO . COSS. *
RELATA . EST . ITERVM . LVDIS . FVNEBRIBVS
RELATA . EST . TERTIO
Q. FVLVIO . L. MARCO . AEDILIBVS . CVRVLIBVS .

VARIANTES LECTIONES

ACTA LUDIS MEGALENSIB. SEXTO JULIO CAESARE. GN. CORNELIO DOLABELLA AEDILIB. CURULIB. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIS PARIB. TOTA GRAECA MENANDRU. FACTA EST V. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECUNDO GN. OCTAVIO. TITO MANLIO COSS. RELATA EST LUCIO AEMILIO PAULO LUDIS FUNERALIBUS. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA EST Q. FULVIO. LUC. MARCIO AEDILIB. CURULIB. EGIT LUC. AMBIBIUS. LUCIUS SERGIUS TURPIO. PLACUIT.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS SEX. JUL. CAES. CN. CORNELIO AEDILIBUS CURULIBUS. NON EST PERACTA TOTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS PARILIBUS. CN. OCTAVIO. T. MANLIO COSS. RELATA EST ITERUM L. AEMILIO LUDIS FUNEBRIBUS. RELATA TERTIO Q. FULVIO. L. MARTIO. AEDIL. CURUL.

* Cn. Octavii & T. Manlii Consulatum incidisse in annum ab U. C. DLXXXVIII. vel DLXXXIX. indicant Fasti Consulares. Sed hinc maxima insurgit difficultas de tempore, quo acta Hecyra est. Edocemur enim ex Epigraphe, actam fuisse II. iis Consulibus, Ludis autem Funebribus, quos Paulo Aemilio patri fecere Q. Fabius Maximus, & Cornelius Africanus, ut supra innuimus. Hoc etiam ostendit Tabula, quae praemittitur Prologo, in qua Poeta manu ramum cupressinum tenens exhibetur, prout etiam Philotis in Tabula Actus I. Scen. I. quem ramum Ludis Funebribus convenire nemo ullus ignorat. Aelius Donatus hanc Comoediam I. datam fuisse asserit *Ludis Megalensibus, quos Sex. Julius, & Cornelius Dolabella ediderunt: sed occupato Populo studio Funambuli* (quod ipse quoque testatur Terentius in Prologo) *displicuit*: datam mox fuisse Ludis Funebribus L. Aemilii Pauli; sed neque tunc fuisse peractam *per studium populi circa Gladiatores*: inductam quoque III. Q. Fulvio, L. Martio Aedilibus, & tunc placuisse: reticet vero inductam alias fuisse. Putat Daceria, actam primo fuisse post annum ab Andria: placetque M. Vossio II. vel III. inductam in Theatrum fuisse quinque post annos. In tanta igitur sententiarum varietate si quis firmam aliquam stabilemque epocam dabit, magnus is quidem nobis erit Apollo.

## PERSONAE.

PROLOGUS.

PHILOTIS Meretrix.

SYRA Anus.

PARMENO Servus.

LACHES Senex.

SOSTRATA Mulier.

PHIDIPPUS Senex.

PAMPHILUS Adolescens.

MYRRHINA Mulier.

SOSIA Servus.

BACCHIS Meretrix.

*Personae mutae.*

PHILUMENA.

SCIRTUS Puer.

## PERSONAGGI.

PROLOGO.

FILOZIO Meretrice.

SIRA Vecchia.

PARMENONE Servo.

LACHETE Vecchio.

SOSTRATA Madre di Panfilo.

FIDIPPO Padre di Filomena.

PANFILO Marito di Filomena.

MIRRINA Madre di Filomena.

SOSIA Servo.

BACCHIDE Meretrice.

*Personaggi, che non parlano.*

FILOMENA.

SCIRTO.

# EXPOSITIO NOMINUM INTERLOQUUTORUM, ET PERSONARUM.

PHILOTIS a ἀπὸ τῆ φιλώτας, amicitia, amor, benevolentia; nisi forte in nomine sit aurium significatio, & tunc componeretur ex ὖς ὠτὸς, auris, hinc & *Philotium*.

SYRA gentile nomen, Syriaci generis mulier.

PARMENO Servus, μένον παρὰ τῷ δεσπότῃ ab assiduitate.

LACHES Senex ἀπὸ τῆς λήξεως ab haereditate, lite, patrimonio.

SOSTRATA Matrona τὸν στρατὸν σώζουσα a salute copiarum, faemininum de masculinis factum.

PHIDIPPUS a parsimonia equestri: ex φειδώ, parsimonia, & ἵππος, equus: gloria rei equestris apud veteres ingens, & sumtus magni fuerunt.

PAMPHILUS Adolescens ἢ πᾶσι φίλος τίς ὤν, ἢ πάντας φιλῶν, idest omnibus carus, amabilis, aut omnium amicus, adversus nemini.

MYRRHINA Matronale nomen, ἀπὸ τῆς μυῤῥίνης vel μυρσίνης, myrto, qua magistratus quondam coronabantur; fuit & nomen Amazonis. Hom. Iliad. β.

SOSIA Libertus ἀπὸ τῆ σώζεσθαι a conservatione, & salute.

BACCHIS Meretrix ἀπὸ τῆ βάκχος.

# ARGUMENTUM
## C. SULPICIO APOLLINARI
### AUCTORE.

UXorem duxit [a] Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Ejusque [b] per vim quem detraxit annulum,
Dederat amicae Bacchidi meretriculae:
Dein profectus in Imbrum est: nuptam haud attigit.
Hanc mater utero gravidam [c]: ne id sciat socrus,
Ut aegram ad se transfert. Revertit [1] Pamphilus;
Deprehendit partum: celat: uxorem tamen
Recipere non volt [2]. Pater incusat Bacchidis
Amorem. dum se purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatae forte agnoscit Myrrhina.
Uxorem recipit Pamphilus cum filio.

VARIANTES LECTIONES

a ducit. b Cujusque. c gravidam comperit. — Ut aegram ad sese transfert: revenit Pamphilus.
1 revenit. 2 noluit.

# ARGOMENTO.

*PAnfilo prese Filomena in moglie,*
*A cui prima fra l' ombre della notte,*
*Non sapendo che vergine ella fosse,*
*Le fece ingiuria, e trassele per forza*
*Un anello di dito in quella lutta,*
*Ed a Bacchide poi lo diede in dono.*
*Presa che l' ebbe, non toccolla, e quindi*
*Portossi in Imbro. A Filomena il seno*
*Cresceva in tanto. Per tenerlo occulto*
*Si finge inferma, e riede in casa propria.*
*Panfilo torna, e lei trova sul punto*
*Di partorire: Egli si affligge molto*
*Per cotal fatto, e promette celarlo;*
*Ma non vuol più la moglie. Il Padre suo*
*Si crede, che a ciò fare egli s' induca*
*Per l' amor, che conservi anco alla Bacchide;*
*Perciò vanne da lei; e perchè egli ode,*
*Che fra di loro era l' amor finito,*
*La manda a sincerarsi dalle donne:*
*Nel qual tempo Mirrina, che è la madre*
*Di Filomena, in guardarle le mani*
*Riconobbe l' anello di sua figlia.*
*Onde Panfilo torna a ripigliarsi*
*La cara moglie col nato fanciullo.*

La Scena si rappresenta in Atene.

Ecyra [a] est huic nomen fabulae. haec cum data
Est nova, novum intervenit vitium & calamitas,
Ut neque spectari, neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc haec plane est pro nova:
Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum possit vendere.

Alias

VARIANTES LECTIONES

a *Deficit Codex usque ad* In experiundo ut essem.

*Ecira intitolata è questa Favola,*
*Che quando nuova fu prodotta in pubblico,*
*Un error nuovo, e un danno nuovo avvennele:*
*Onde non si poteo goder, ne scorgere;*
*Cotanto s'era instupidito il Popolo*
*Pe' destri salti, che si fean sul canapo.*
*Or v' apparisce quasi nuova, e mostrasi:*
*Perchè con questo fin colui, che scrissela,*
*Allor non volle darla fuori subito,*
*Onde per nuova la potesse vendere.*

*Già*

## N O T AE

* Fauni, seu Scabillarii, qui in Thesauro Mediceo a Cl. V. Antonio Francisco Gorio explicationibus notisque illustrato adservatur, ectypon hic cernis, Lector benevole; quod ea caussa hic exhibendum censui, ut quae de Scabillario Balleriniano diximus, probentur, & scabillorum discrimen appareat. De eo sic Gorius „ Inclinato dorso, paullisper erecto capite, proceris „ brachiis, & manibus, toto corpore ita expressus est, ut ge- „ sticulari videatur. Cymbala utraque manu tenet, quae aerea „ erant, quasi jam jam repulsurus ea: risu diffluit ejus vultus; „ oculi faberrime sculpti; dextero pede insistit crupetio, quo „ argutius ejus plausu concinat cymbalorum pulsationi. Iisdem „ crupetiis, sive scabillis utebantur non solum Dionysiaci Ar- „ tifices, & Orgia celebrantes, verum etiam Tibicines „ quod probat laudata Balleriniana Gemma anularis „ & ii quoque, qui „ musicae Scenae vacabant: nam in compluribus inscriptionibus „ antiquis memorantur VETERES OPERAE SCABILLARIORUM A SCE- „ NA, vel etiam, ut in quibusdam inscriptis lapidibus legitur „ SCAMILLARIORUM; ita dicti, quod pede pulsarent haec instru- „ menta, iisdemque canentes quasi scabellis parvis, vel scamnu- „ lis insisterent.

Alias cognoſtis ejus: quaeſo hanc noſcite [1].
Orator ad vos venio ornatu prologi:
Sinite exorator ſim, eodem ut jure uti ſenem
Liceat, quo jure ſum uſus adoleſcentior,
Novas qui exactas feci, ut inveteraſcerent;
Ne cum Poeta ſcriptura evaneſceret.
In his [2] quas primum Caecilii didici novas,
Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.
Quia ſcibam dubiam fortunam eſſe ſcenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.
Eaſdem agere coepi, ut ab eodem alias diſcerem
Novas ſtudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem.
Perfeci, ut ſpectarentur. ubi ſunt cognitae,
Placitae ſunt. ita Poetam reſtitui in locum
Prope jam remotum injuria advorſarium
Ab ſtudio, atque ab labore, atque arte muſica.
Quod ſi ſcripturam ſpreviſſem in praeſentia, &
In deterrendo voluiſſem operam ſumere,
Ut in otio eſſet, potius quam in negotio;
Deterruiſſem facile, ne alias ſcriberet.
Nunc quid petam, mea cauſſa, aequo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium

Nun-

VARIANTES LECTIONES

1 quaeſo nunc hanc noſcite. 2 In iis.

*Già dell' Opere ſue voi ſiete pratici:*
*Perciò vi prego, che vogliate attendere*
*Ancora a queſta. In abito di Prologo*
*Avanti a voi ambaſciadore portomi,*
*E a graziar vi prego ogni mia ſupplica:*
*Onde non trovi in queſta età divario,*
*Da quando io vi pregava, eſſendo giovane:*
*Nel qual tempo potei far, che viveſſero,*
*E foſſero aſcoltate ancor con plauſo*
*Le rifiutate già nuove Commedie,*
*Acciocchè inſieme mal non capitaſſero*
*La Scrittura, e il Poeta. Il ſa Cecilio,*
*Del quale in recitar le nuove favole,*
*Or fui cacciato con diſprezzo, e ſibili,*
*Or piacqui appena: ne mi perſi d' animo;*
*Ma a recitarle nuovamente poſimi:*
*Che troppo incerta è la fortuna ſcenica:*
*E con dubbia ſperanza a prender diedimi*
*Una certa fatica: ed a ciò induſſemi*
*La voglia di cavarne dal medeſimo*
*Dell' altre nuove, e per dar anche ſtimolo*
*Di ſtudiare al Poeta: e recitatele*
*Alla per fine eſtremamente piacquero;*
*E così riposi io nel luogo priſtino*
*Il Poeta già via tratto con impeto*
*Dalla caterva delli ſuoi malevoli,*
*E ripreſe i ſuoi ſtudj, e l' arte comica:*
*Laddove ſtato mi ſarebbe facile*
*Di porlo allora in un ſilenzio altiſſimo,*
*Se aveſſi accolti i ſudor ſuoi con biaſimo.*
*Or ciò, che a voi ſon' io venuto a chiedere,*
*Dirolvi, e voi attentamente uditemi.*
*Vi riporto l' Ecira, o ſia la Suocera,*
*Che non poteſſe udir per lo gran ſtrepito.*

*Or*

Nunquam agere licitum est, ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vostra intellegentia
Sedabit, si erit adjutrix nostrae industriae.
Cum primum eam agere coepi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit axpectatio:
Comitum conventus, studium [1], clamor mulierum
Fecere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in nova coepi uti consuetudine,
In experiundo ut essem: refero denuo;
Primo actu placeo: cum interea rumor venit,
Datum iri gladiatores. populus convolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Interea ego [a] meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est [b]: otium, & silentium est.
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.
Nolite sinere, per vos artem musicam
Recidere ad paucos. facite, ut vestra auctoritas

Meae

VARIANTES LECTIONES

a Ego interea. b turba non est.
1 strepitus, clamor.

*Or questo a voi chietar non fia difficile;*
*Se darà man la vostra intelligenzia,*
*Siccome vo' sperare, alla mia industria.*
*Quando la prima volta io recitaila,*
*Se vi sovvien, de' Gladiator la copia,*
*I Saltator di corda, ed il gran numero*
*Di color, che tal gente accompagnavano,*
*Il fracasso, e le grida delle femine*
*Dal palco avanti il tempo mi rispinsero.*
*Allora mi provai a porre in pratica*
*L' uso mio vecchio, onde la nuova favola*
*In recitar, potessi acquistar laude.*
*Comincio a recitarla, e fanno plauso*
*All' Atto primo: ed in quel mentre colmasi*
*Tutto il Teatro di rumore, e strepiti;*
*Perchè è voce che vadano a combattere*
*I Gladiatori; in muovimento è il Popolo;*
*Si grida; si schiamazza, e si tumultua,*
*E fassi a pugni per aver le luogora;*
*Onde in quel mentre neppur io difendere*
*Il mio luogo potei. Or queta, e tacita*
*Stassi la gente, e per tutto è silenzio:*
*Onde ben posso incominciar la recita;*
*E a voi si aspetta questi giuochi scenici*
*Ornare, ed abbellire: e non permettasi,*
*Vostra mercede, che a pochi riducasi*
*L' arte del poetare, e della Comica.*
*Ma colla vostra potestade, ed aura*

*Siate-*

## NOTAE

* Eodem in Theatro datos fuisse Funambulos, inductamque Comoediam hinc patet; non enim e Theatro digressum populum, ut Funambulorum cursus spectaret, quod accidit, quum Pugiles dari nunciatum est, queritur Poeta, sed studio Funambuli ita ejus fuisse animum occupatum, ut Fabula neque spectari posset, neque cognosci. Nec mirum; *eos enim, qui in orchestra trahuntur, & membris quasi alis utuntur, quis non admiretur?* inquit Chrysostomus in oratione de jurejurando. Artis quippe fuit, suspenso vestigio in funibus currere, corpusque totum ita librare, ne alteram in partem flecteret: hoc autem facilius, tutiusque ut praestarent, pondera manibus apprehensa exaequabant. Sed audiamus Manilium Lib. V.

„ Aut tenues ausus sine limite figere gressus,
„ Certa per extentos ponit vestigia funes,
„ Et coeli meditatus iter vestigia perdit,
„ Et pene ut pendens populum suspendit ab ipso.

Meae auctoritati fautrix adjutrixque ſit.
Si nunquam avare ſtatui pretium arti meae,
Et eum eſſe quaeſtum in animum induxi maxumum,
Quam maxume ſervire voſtris commodis;
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in voſtram commiſit fidem,
Ne eum circumventum iniqui irrideant.
Mea cauſſa cauſſam hanc accipite, & ſilentium
Date, ut lubeat ſcribere aliis, mihique ut diſcere
Novas expediat poſthac pretio emptas meo.

*Siatemi ſempre amici, e favorevoli.*
*E ſe queſt' arte mia, queſto eſercizio*
*A buon prezzo ſpacciai, e s' ebbi in animo*
*Di ſtimar ſolo mio guadagno maſſimo*
*L' adattarmi mai ſempre a' voſtri comodi,*
*Fate, ch' io impetri, che colui, che poſemi*
*Quaſi in tutela i ſuoi leggiadri ſtudj,*
*E tutto ſe nel voſtro patrocinio,*
*Di ciò non ſenta al fine ingiuria, o fraude*
*Da' ſuoi nemici, e la ſua càuſa propria*
*A mia cagion fatevi voſtra. Or mutoli*
*Siatemi tutti, acciocchè agl' altri lecito*
*Sia ſcriver da qui innanzi le Commedie;*
*E da me farſi il prezzo convenevole.*

# P. TERENTII

# HECYRA.

*Actus I. Scena I.*

* *Phil.* Er pol quam paucos reperias meretricibus
Fideleis evenire amatores, Syra.
Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi,
Quam sancte, ut quivis facile posset credere,
Nunquam illa viva ducturum uxorem domum!
En duxit. *Syr.* Ergo propterea te sedulo
Et moneo, & hortor, ne cujusquam misereat,

Quin

Filozio, e Sira.

Fil. O *Sira, in fede mia, come son rari*
*A meretrici donne i fidi amanti.*
*Questo Panfilo, quante, e quante volte*
*A Bacchide giurava, e con quai giuri,*
*Di non prender, lei viva, unqua altra moglie!*
*Ed ecco che l' ha presa.* Sir. *Ed io per questo*
*E ti avverto, e ti esorto quanto posso*
*A non aver giammai pietà di alcuno;*

*Ma*

## NOTAE

* Thaliam hic exhiberi, a qua artem comicam inventam fuisse finxere Poetae, Larva, quam sinistra, Tibiaque, quam dextera tenet manu, satis ostendunt. Deformata quum maxime esset caeteris in Musaeis, ectypon ex Capitolino exculpi fategimus: elegantissimum quidem opus Benedicti XIV. P. O. M. cura & munificentia illuc inlatum. In Sarcophago Matthaejo, quem

Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemquem nacta ſis.
*Phil.* Utin' eximium neminem habeam? *Syr.* Neminem:
Nam nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te venit,
Quin ita paret ſeſe, abs te ut blanditiis ſuis
Quam minimo pretio ſuam voluptatem expleat.
Hiſcine tu amabo non contra inſidiabere?
*Phil.* Tamen eandem pol eſſe omnibus, injurium eſt.
*Syr.* Injurium eſt autem ulciſci adverſarios?
Aut qua via captent te illi [a], eadem ipſos capi?
Eheu me miſeram, cur non aut iſtaec mihi
Aetas & forma eſt, aut tibi haec ſententia!

VARIANTES LECTIONES

[a] Aut qua via te captent, eadem ipſos capi?

*Ma piuttoſto a ſpogliare, ed a rubbare,*
*E lacerar qualunque in man ti viene.*
Fil. *Che un diſtinto non abbia io?* Sir. *Neſſuno:*
*Perciocchè ſappi, che neſſun di loro*
*Vienti a goder, che pria non penſi al come*
*Scemar co' vezzi ſuoi la tua mercede;*
*E ſe poſſibil ſia ridurla a nulla.*
*E tu non renderai lor la pariglia?*
Fil. *Ma l'eſſer la medeſima con tutti*
*E' coſa ingiuſta.* Sir. *E credi ingiuſta coſa*
*Il vendicarti de' nemici tuoi,*
*E prender loro con quell' arte iſteſſa,*
*Che eſſi di prender te cercano ogn' ora?*
*Ah me tapina, e perchè non ho io*
*Coteſto tuo bel viſo, e coteſti anni,*
*O perchè non ſei tu del mio parere!*

# NOTAE

quem ſaepius laudavimus, ab imperito quodam artifice Tunica orbiculatis foraminibus referta, & pectus, brachia, cruraque tegens ei fuit aptata, quo prorſus modo Legiones nonnullas Romani exercitus indutas cernere eſt in Arcu Septimii Severi ad radices Capitolii. Ejuſdem quoque generis Tunica in Sarcophago Juſtinianaeo Euterpes ſuperinduitur. At mihi quidem hujuſmodi indumentum Herato potius convenire videtur, cui Virgilius hiſtoriam tribuit, heroicum carmen, & canere bellum *Aeneid. Lib. VII.*

*Nunc age, qui Reges, Herato, quae tempora rerum*
*Expediam, & primae revocabo exordia pugnae.*

Praeterea Larva, quae recentis operis eſſe apparet, eo prorſus modo, quo nunc temporis Larvae uſui ſunt, effecta viſitur, anteriorem ſcilicet dumtaxat partem exhibens, quum poſticam quoque, & capillitium antiquas Larvas habuiſſe oſtenderimus. Atque hic liceat tandem aliquando dolorem animo jamdiu compreſſum promere, garruloſque nonnullos exprobrare, qui antiquaria re, quam *nec in limine quidem* ſalutarunt, apprime eruditi videri quum velint, de antiquo Fragmento quolibet è cathedra *non pronunciant* tantum, ſed eo etiam audaciae hac aetate devenere, ut fractis, manciſque Statuis, Sarcophagis, anaglyphis, & his ſimilibus novas marte ſuo, nec ſatis apte, manus addant, pedes, capita, ſigna, inſtrumenta, notaſque, atque etiam e diverſorum fragmentis monumentorum unum quid efforment (quod ſtatuarii noſtri mira arte praeſtant) magnamque pecuniae vim e principum virorum extorqueant manibus, qui aedes ſuas antiquis ornare ſtudent monumentis. Sed quum vel ementientibus ipſis per mengonium antiquitatem, vel ſuperinducta temporis ſpatio aeruginis ſpecie quadam, connexus haud ita facile intuentium oculis occurrant, oriri contentiones inter eos oportet, qui Monumenta *hujuſmodi* quaſi ex antiquitatis latebris primum emergentia ſatagunt explicare.

*Carm.* Se-

Act. I. Scena II.

*Parm.* SEnex ſi quaeret me, modo iſſe dicito
Ad portum percontatum adventum Pamphili.
Audin', quid dicam, Scirte? ſi quaeret me, uti
Tum dicas: ſi non quaeret, nullus dixeris;
Alias ut uti poſſim cauſſa hac integra.
Sed videon' ego Philotium? unde haec advenit?
Philotis, ſalve multum. *Phil.* Oh ſalve, Parmeno.
*Syr.* Salve, mecaſtor, Parmeno. *Parm.* Et tu aedepol Syra.
Dic mihi Philotis, ubi te oblectaſti tam diu?
*Phil.* Minime me equidem oblectavi, quae cum milite
Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſſimo.

Bien-

Parmenone, Filozio, e Sira.

Parm. *SE il vecchio mi ricerca, e tu riſpondi,*
*Che ſono andato al Porto a ſaper nuova*
*Del ritorno di Panfilo. Odi tu*
*Scirto, quello, ch' io dico? S' e' chiedeſſe*
*Di me, così tu gli riſpondi allora:*
*Ma ſe non mi ricerca, non dirgli altro,*
*Per potermi ſervir di queſta ſcuſa*
*Nuova di zecca in altra congiuntura.*
*Ma s' io non veggio mal, quella è Filozio.*
*D' onde viene ella mai?*
*Ti ſaluto, Filozio.* Fil. *E te ſaluto,*
*Parmenone.* Sir. *Ed io pure.* Parm. *Ed io te, Sira.*
*Ora dimmi, Filozio, in qual paeſe*
*Traſtullata ti ſei sì lungo tempo?*
Fil. *Traſtullata? nò certo: come quella,*
*Che di qui mi partii verſo Corinto*
*Con un ſoldato eſtremamente acerbo;*

*Dove,*

Biennium ibi perpetuum misera illum tuli.
*Parm.* Aedepol te desiderium Athenarum arbitror
Philotium coepisse saepe, & te tuum
Consilium contempsisse. *Phil.* Non dici potest,
Quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite,
Vosque hic videndi, antiqua ut consuetudine
Agitarem inter vos libere convivium.
Nam illi [a] haud licebat nisi praefinito loqui
Quae illi placerent. *Parm.* Haud opinor commode
Finem statuisse orationi militem.
*Phil.* Sed quid negoti hoc? modo quae [b] narravit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, ut ille hac viva posset animum inducere,
Uxorem habere. *Parm.* Habere autem? *Phil.* Eho tu, an non habet?
*Parm.* Habet: sed firmae hae vereor ut sint nuptiae.
*Phil.* Ita dii deaeque faxint, si in rem est Bacchidis.
Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi, Parmeno.
*Parm.* Non est opus prolato hoc: percontarier
Desiste. *Phil.* Nempe ea caussa, ut ne id fiat palam.
Ita me dii amabunt [c], haud propterea te rogo, ut
Hoc proferam, sed tacita ut mecum gaudeam.
*Parm.* Nunquam tam dices commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. *Phil.* Ah noli, Parmeno:

Quasi

VARIANTES LECTIONES

*a* illic. *Sic in utroque legitur Codice.* *b* Sed quid hoc negoti est? modo quod *c* ament.

*Dove, misera me, forzata io fui*
*A sofferirlo per due anni intieri.*
Parm. *Io penso affè, che tu averai sovente*
*Desiderato Atene; e che sovente*
*Pentita ti sarai del tuo consiglio.*
Fil. *Non si può dir, quanto fuss' io bramosa*
*Di qua tornare, e di partir da lui,*
*E riveder voi altri, e fra di noi*
*Pranzar allegri, e senza alcun riguardo,*
*Al nostro modo antico; che in Corinto*
*Mi eran fin misurate le parole*
*A voglia di colui.* Parm. *Il qual per certo*
*Ti averà fatto ancor misura scarsa.*
Fil. *Ma che cosa è mai quella, che qua dentro*
*Mi ha poco fa la Bacchide narrato?*
*Che, ciò che mai possibil non credei,*
*Che viva lei, e' si potesse mai*
*Indurre a prender moglie.*
Parm. *A prenderla?* Fil. *Che forse non l' ha presa?*
Parm. *L' ha presa; ma ho timor, che queste nozze*
*Non vadano per aria.* Fil. *I Dei il vogliano,*
*Se alla Bacchide mia ciò torna bene.*
*Ma dimmi, Parmenon, perchè ciò temi?*
Parm. *Non te lo posso dire, e tu desisti*
*Dal domandarlo.* Fil. *Acciocchè questa cosa*
*Non si propali, tu la vuoi tacere?*
*Così m' amin gli Dei, come io per questo*
*Non ti prego saperla, ma la bramo*
*Sol per goderne meco zitta zitta.*
Parm. *Giammai non avrai tu così bel dire,*
*Che io confidi il mio dorso alla tua fede.*
Fil. *Ah non voler ciò dirmi, Parmenone:*

*Quasi*

Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego, quae percunctor [a], scire. *Parm.* Vera haec praedicat:
Et mi illud vitium maxumum est. si mihi fidem
Das te tacituram, dicam. *Phil.* Ad ingenium redis:
Fidem do, loquere. *Parm.* Ausculta. *Phil.* Istic sum. *Parm.* Hanc Bacchidem
Amabat, ut cum maxume [b], tum Pamphilus,
Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
Et haec, communia omnium quae sunt patrum,
Sese senem esse dicere, illum autem unicum [1],
Praesidium velle se senectuti suae.
Illè se primo negare: sed postquam acrius
Pater instat, fecit animi ut incertus foret,
Pudorin' anne amori obsequeretur magis.
Tundendo atque odio denique effecit senex:
Despondit gnatam ei hujus vicini proxumi.
Usque illud visum est Pamphilo neutiquam grave,
Donec jam in ipsis nuptiis. postquam videt
Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari;
Ibi demum ita aegre tulit, ut ipsam Bacchidem,
Si adesset, credo ibi ejus commiserescceret.
Ubicunque datum erat spatium solitudinis,
Ut conloqui mecum una posset; Parmeno,

Perii,

VARIANTES LECTIONES

*a* perconctor. *b* Amabat tum maxime, tum &c. *c* Ut cum loqui.
1 esse unicum.

*Quasi che tu non abbia più desio*
*Di dirmelo, che io di risaperlo.*
Parm. *Costei la dice giusta, ed io confesso*
*Di aver tal brutta pecca in primo grado.*
*Io tel dirò, se di tacer prometti.*
Fil. *E tu pur lì; te lo prometto: or dilla.*
Parm. *Ascoltami.* Fil. *Stò qui.* Parm. *Quando più acceso*
*Della Bacchide sua Panfilo egli era,*
*Prese il padre a pregarlo a prender moglie,*
*E a dirgli ciò, che si suol dir da' padri;*
*Cioè ch' egli era vecchio, e aver lui solo,*
*E lui volere a sua cadente etade*
*Di appoggio, e di riparo. Egli sul primo*
*Negò di prender moglie: ma del padre*
*Quando le istanze preser maggior forza,*
*Divenne incerto di animo, e meschino*
*Non sapeva a qual parte si appigliare:*
*O d' ubbidire all' onestade, o pure*
*Di fuggir quella, e seguitare amore.*
*Ma dagli dagli, ottenne in fine il vecchio*
*Da lui parola di sposar la figlia*
*Di costui qui vicino; e tal promessa*
*In fino a lì non gli parve gran cosa.*
*Ma quando giunse il giorno delle nozze,*
*E vide l' apparecchio, e ben comprese*
*Che non v' era più tempo da indugiare,*
*Ma forza era pigliarla; così tristo*
*Rimase, e sì dolente, che se a sorte*
*Veduto avesse lui la stessa Bacchide,*
*Credo, che n' averia pietà sentito.*
*Qualunque volta egli restava solo,*
*E che avesse potuto parlar meco;*

*Son*

Perii, quid ego egi? in quod me conjeci malum?
Non potero hoc ferre, Parmeno. perii miser.
*Phil.* At te dii deaeque perduint cum isto odio, Laches.
*Parm.* Ad pauca ut redeam, uxorem deducit[1] domum:
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quae consequuta est nox, eam nihilo magis.
*Phil.* Quid ais? cum virgine una adolescens cubuerit,
Plus potus, se illac abstinere ut potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror.
*Parm.* Credo ita videri tibi, nam nemo ad te venit,
Nisi cupiens tui: ille invitus illam duxerat.
*Phil.* Quid deinde fit? *Parm.* Diebus sane pauculis
Post Pamphilus me solum seducit[a] foras,
Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum siet:
Seque ante[b] eam quam uxorem duxisset domum,
Sperasse eas tolerare posse nuptias.
Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi a suis,
Neque honestum mihi, neque utile ipsi virgini est.
*Phil.* Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
*Parm.* Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror.
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas viti,

Super-

VARIANTES LECTIONES

*a* deducit. *b* Seque antequam eam uxorem &c. *Concordant Codices*.

1 ducit.

*Son morto, Parmenone! ohimè che ho fatto.*
*In che gran male mi son io buttato!*
*Non lo posso per certo sopportare:*
*Parmenone, son morto.* Fil. *Anzi te, o vecchio,*
*Con cotesto odio tuo spiantin gli Dei.*
Parm. *Per farla corta: egli conduce a casa*
*La moglie, e in quella notte non la tocca;*
*Ed in quella, che segue, fa lo stesso.*
Fil. *Che mi dì tu? dormir con una Vergine*
*Un giovanetto, che dovria più accendersi,*
*E da quella potersene astenere?*
*Dì cosa, che non ha del verisimile,*
*E la credo bugia.* Parm. *Alle tue pari*
*Mi credo, che così debba parere;*
*Che a te non vien se non chi ti desìa:*
*Ed egli a forza avea presa costei.*
Fil. *Che seguì poi?* Parm. *Alcuni giorni dopo*
*Panfilo solo me conduce fuora;*
*E mi racconta, come vergin anco*
*Sia la sua moglie; e ch' egli avea sperato,*
*Prima che a casa lei si conducesse,*
*Di sopportare queste nozze in pace:*
*E poi mi soggiungeva: O Parmenone,*
*Non è dover, che rimanga schernita*
*Costei, che ho gia fermato, lungo tempo*
*Non poter ritenere; anzi che questa*
*A me sarebbe cosa biasimevole,*
*E a lei di danno.* Fil. *Oh d' animo gentile*
*Sensi pietosi, e sommamente onesti!*
Parm. *Ne ben mi torna il dir, che non la voglio,*
*E poi renderla al padre senza apporle*
*Vizio verun, se non che non mi piace,*
*E' ...*

Superbum est: sed illam spero, ubi hoc cognoverit,
Non posse se [a] mecum esse, abituram denique.
*Phil.* Quid interea? ibatne ad Bacchidem? *Parm.* Quotidie:
Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
Maligna multo & magis procax facta illico est.
*Phil.* Non aedepol mirum. *Parm.* Atque ea res multo maxume
Disjunxit illum ab illa, postquam [b] & ipse se,
Et illam, & hanc, quae domi erat, cognovit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum aestimans [1].
Haec, ita uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda atque injurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim uxoris misericordia
Devictus, partim victus huju' injuriis [2],
Paulatim elapsu' st Bacchidi, atque huic [c] transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horunc: ea ad hos redibat [3] lege haereditas.
Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.
Reliquit cum matre hic uxorem: nam senex
Rus abdidit se: huc raro in urbem commeat.

*Phil.* Quid

VARIANTES LECTIONES.

*a* se, *Deficit in Codice*. *b* nam postquam &c. *c* huc.
1 existimans. *In utroque Codice*, 2 injuria. 3 rediebat.

*E' cosa da superbo: ma son certo,*
*Che quando accorgerassi, che gran tempo*
*Meco non può durare, alla perfine*
*Da per se stessa torneranne a' suoi.*
Fil. *Or dimmi, in questo mentre*
*Andava e' dalla Bacchide?* Parm. *Ogni giorno:*
*Ma come accade, avvistasi colei,*
*Che e' s' era seco raffreddato alquanto,*
*Gli si fè più maligna, e più sfrontata.*
Fil. *Questo va pe' suoi piedi.* Parm. *Ma quel poi,*
*Che molto più divise l' un dall' altra*
*Fu l' aver ben considerato*
*Prima se stesso, e poscia il gran divario,*
*Ch' era tra quella, e tra la donna sua,*
*E l' avere i costumi di ambedue*
*Giudicato col farne paragone:*
*Poichè dotata d' animo gentile,*
*Pudica questa, e piena di modestia*
*Sopportava ogni ingiuria, ogni fatica*
*A cagion del marito, e ricuopriva*
*Qualunque oltraggio e' le facesse mai.*
*Quindi egli mosso parte da pietade,*
*Che aveva della moglie, e parte ancora*
*Sazio dell' insolenze di quell' altra,*
*A poco a poco si scostò da quella,*
*Ed il suo amore trasportò in costei,*
*Giacchè in essa trovò genio conforme.*
*Muorsi in Imbro fratanto un suo Parente*
*Vecchio, di cui è il nostro Vecchio erede;*
*E là contro sua voglia egli sospinse*
*Panfilo innamorato, che alla madre*
*Diede in serbo la moglie; perchè in Villa*
*Si è ritirato il Vecchio, e rade volte*



*Si*

*Phil.* Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?
*Parm.* Nunc audies. primum dies complusculos
Bene conveniebat sane inter eas: interim
Miris modis odisse coepit Sostratam,
Neque lites ullae inter eas, postulatio
Nunquam. *Phil.* Quid igitur? *Parm.* Si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere e conspectu illico,
Videre nolle. denique, ubi non quit pati,
Simulat se a matre accersi ad rem divinam, abit.
Ubi ibi est dies complureis, accersi jubet.
Dixere caussam tunc nescio quam: iterum jubet:
Nemo remisit. postquam accersunt saepius,
Aegram esse simulant mulierem. nostra illico
It visere ad eam: admisit nemo. hoc ubi senex
Rescivit, heri ea caussa rure advenit huc,
Patrem continuo convenit Philumenae.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio:
Nisi sane curae est, quorsum eventurum hoc siet.
Habes omnem rem: pergam quo coepi hoc iter.
*Phil.* Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite
Me esse illum conventuram. *Parm.* Dii vortant bene,
Quod agas. *Phil.* Vale. *Parm.* Et tu bene vale, Philotium.

*Si porta alla cittade.* Fil. *Oh che ritrovi*
*Che in queste nozze stabile non sia?*
Parm. *Or l' udirai: per molti giorni, e molti*
*Suocera, e Nuora stavan ben d' accordo;*
*Ma questa poi con modi nuovi, e strani*
*Prese Sostrata in odio, e non so come,*
*Perchè mai fra di lor non fur contese,*
*E ne meno querele.* Fil. *E che mai fuvvi?*
Parm. *Se la Suocera andava qualche volta*
*A parlar colla Nuora, incontinente*
*Ella fuggiva, e non volea vederla.*
*Finalmente arrivò la cosa a tale*
*Che finse da sua madre esser chiamata*
*Un dì per far non so che sagrifizio;*
*E uscì di nostra casa, e già parecchi*
*Giorni passati dalla sua partenza*
*Sostrata mandò Messi a richiamarla,*
*E allor portaro non so qual cagione,*
*Perchè ella si restava ancor con loro.*
*Pe'l suo ritorno replicò l' istanze,*
*Ma queste ancor fur vane: finalmente*
*Manda, e rimanda, dissero com' era*
*Caduta inferma: Sostrata di fatto*
*Andò per visitarla, e non fu ammessa.*
*Riseppe appena queste cose il Vecchio,*
*Che ier perciò di Villa fè ritorno,*
*E dal padre n' andò di Filomena*
*Senza por tempo in mezzo. Or ch' abbian fatto,*
*E concluso fra lor, non sollo ancora;*
*E però sto bramoso di sapere,*
*Queste cose dove abbian da parare;*
*Ed eccoti per ordine, e per filo*
*Raccontato ogni cosa.*
*Or io me n' anderò pe' fatti miei.*
Fil. *Ed io pure pe' miei senza alcun dubbio,*
*Perchè ho dato parola a un Forestiero*
*Di andare a ritrovarlo.* Parm. *I Numi Dei*
*Ti facciano andar ben le cose tue.*
Fil. *Addio, e stammi sano, Parmenone.*
Parm. *E tu Filozio ancora.*

*Lach.* Pro

Ter. Hecy. Fig. IV.

Act. II. Scena I.

*Lach* PRo deûm atque hominum fidem! quod hoc genus eſt, quae haec conjuratio,
Ut omnes mulieres eadem aeque ſtudeant, nolintque omnia?
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias:
Itaque adeo uno animo omnes ſocrus oderunt nurus: viris
Eſſe advorſas, aeque ſtudium eſt, ſimilis eſt pertinacia.
In eodem omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam: &
Ei ludo, ſi ullus eſt, magiſtram hanc eſſe ſatis certo ſcio.
*Soſtr.* Me miſeram, quae nunc, quamobrem accuſer, neſcio! *Lach.* Hem!
Tu neſcis? *Soſtr.* Non, ita me dii bene [1] ament, mi Laches,

Itaque

VARIANTES LECTIONES

1 bene *Deeſt in Codice.*

Lachete Marito, Soſtrata Moglie.
Lach. *PEr la fede degl' uomini, e de' Numi!*
*Che razza ſiete, e qual congiura è queſta,*
*Ch' ogni donna ugualmente ſi affatichi*
*Per voler quel, che a' mariti diſpiace,*
*E quello non voler, che piace a loro?*
*Nè una in ciò vedrai, che ſi diſcoſti*
*Un capello dall' altre: così tutte*
*Hanno fermato con parer concorde*
*Di odiar le nuore, e con parer concorde*
*Di ſtare a tu per tu co' lor mariti:*
*Così mi par, che ſian tutte addeſtrate*
*Ad eſſer triſte in una ſcuola iſteſſa:*
*E ſe alcuna evvi mai di queſta ſcuola*
*Dotta maeſtra, ella è certo coſtei.*
Soſt. *Miſera me, che non ſo nulla affatto*
*Di quello, onde da te vengo accuſata!*
Lach. *Si eh! tu non lo ſai?* Soſt. *No, che io non ſollo.*
*Così mi amin gli Dei, o mio Lachete;*

*E così*

Itaque una inter nos agere aetatem liceat. *Lach.* Dii mala prohibeant.
*Sostr.* Meque abs te immerito esse accusatam, postmodo rescisces. *Lach.* Scio.
Te immerito? an quidquam pro istis factis dignum te dici potest,
Quae me, & te, & familiam dedecoras [a], filio luctum paras?
Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis;
Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent;
Tu sola exorere, quae perturbes haec tua impudentia.
*Sostr.* Egone? *Lach.* Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, haud hominem putas.
An, quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini,
Quo quisque pacto hic vitam vostrarum [1] exigat?
Multo melius, hic quae fiunt, quam illi, ubi sum assidue, scio:
Ideo quia, uti vos mihi domi eritis, proinde ego ero foris.
Jampridem equidem audivi coepisse odium tui Philumenam;
Minimeque adeo mirum, & ni id fecisset, magis mirum foret.
Sed non credidi adeo, ut etiam totam hanc odisset domum:
Quod si scissem, illa hic maneret, potius tu hinc isses foras.
At vide, quam immerito aegritudo haec oritur mi abs te, Sostrata.

Rus

VARIANTES LECTIONES

*a* familiam omnem dedecoras.

1 vestrorum.

*E così possiam noi giungere insieme*
*All' ultima vecchiezza.* Lach. *Tanto male*
*Non permettan gli Dei.* Soft. *Al fin vedrai*
*Come mi desti questa accusa a torto.*
Lach. *Accusa a torto nè? ah sciagurata,*
*E chi potrà mai dirti villanie*
*Tali, che uguaglino i tuoi tristi fatti?*
*Tu me, tu te medesma, e la famiglia*
*Nostra oltraggi, e vituperi, ed al figlio*
*Prepari a lagrimar larga materia:*
*Di più, tu quella sei, la cui mercede*
*Di amici ci si son fatti nemici*
*Gl' affini nostri, che stimaron degno*
*Lui della figlia loro.*
*In somma sola tu del certo sei,*
*Che guasti tutto colla tua malizia.*
Soft. *Io quella sono?* Lach. *Sì quella tu sei,*
*Che mi credi un fantoccio, e non un uomo.*
*Or perchè spesso io soglia stare in villa,*
*Vi figurate voi, che io non risappia,*
*Come viviate tutti ad un puntino?*
*Molto meglio so quello, che quì fassi,*
*Che ciò, che fassi là, dove sto sempre:*
*E questo io so, perchè quel, che da voi*
*Si opera in casa mia,*
*Tutto ridonda in me, che ne son fuori.*
*Egli è del tempo, che io saputo avea,*
*Che ti odiava la nuora, nè di questo*
*Ho maraviglia; anzichè allor ne avrei,*
*Se tu le fussi in grazia: ma per certo*
*Io non credei, che l' odio fusse tanto,*
*Che le facesse odiar la casa tutta:*
*Che se io avessi potuto saper questo,*
*Ella restava certamente in casa,*
*E a te toccava di uscirtene fuora.*
*Ma vedi un poco con quanta ingiustizia,*
*Sostrata, tu mi fai così gran male.*

Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei ſerviens,
Sumptus voſtros otiumque ut noſtra res poſſet pati,
Meo labori haud parcens, praeter aequom atque aetatem meam.
Non te pro his curaſſe rebus, ne quid aegre eſſet mihi [a]?
*Soſtr.* Non mea opera, neque pol culpa evenit. *Lach.* Immo maxume.
Sola hic fuiſti: in te omnis haeret culpa ſola [b], Soſtrata:
Quae hic erant, curares; cum ego vos ſolvi curis caeteris [c].
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum. *Soſtr.* Haud equidem dico, mi Laches.
*Lach.* Gaudeo, ita me dii ament, gnati cauſſa: nam de te quidem
Satis ſcio, peccando detrimenti nil [d] fieri poteſt.
*Soſtr.* Qui ſcis, an ea cauſſa, mi vir, me odiſſe [1] aſſimulaverit [e],
Ut cum matre una plus eſſet? *Lach.* Quid ais? non ſigni hoc [2] ſat eſt,
Quod heri nemo voluit viſentem te ad eam intromittere [f]?
*Soſtr.* Enim laſſam opido [3] tum ajebant: eo ad eam non admiſſa ſum.
*Lach.* Tuos eſſe illi mores morbum magis, quam ullam aliam rem, arbitror:
Et merito adeo: nam voſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit
Ducere uxorem; & quae vobis placita conditio eſt, datur.
Ubi duxere impulſu voſtro, voſtro impulſu eaſdem exigunt.

VARIANTES LECTIONES

*a* *Hic verſus deficit in Codice.* *b* ſola *Deeſt.* *c* vos curis ſolvi ceteris. *d* nihil.
*e* adſimularit. *f* viſentem ad eam te intro admittere? *Sic etiam in altero legitur Codice.*
1 me odiſſe ſeſe adſimulaverit. 2 hoc *Deeſt.* 3 laſſam eam opido.

*Io me n' andai ad abitare in villa*
*Laſciandovi in cittade; e diemmi tutto*
*A far quattrini, onde le noſtre entrate*
*Poteſſero ſupplire all' ozio voſtro,*
*Ed alle voſtre ſpeſe; e non badai*
*A fatica veruna oltre il dovere,*
*Ed oltre l' età mia: e tu al contrario*
*Curata non ti ſei di farmi oltraggio.*
Soſt. *Ma non già per mio fatto, o colpa mia.*
Lach. *Anzi ſolo per te: qui foſti ſola,*
*Ed in te ſola ſta tutta la colpa;*
*Che dovevi aver cura a quelle coſe,*
*Ch' erano quivi, quando ch' io v' avea*
*Già liberata di ciaſcun penſiero.*
*Ne ti vergogni omai, ſendo tu vecchia,*
*A pigliartela contro una fanciulla?*
*Ma dirai, eſſer ſua tutta la colpa.*
Soſt. *Ciò non dico del certo, o mio Lachete.*
Lach. *Ne godo, così m' amino gli Dei,*
*Per cagione del figlio: che io ſo bene,*
*Che in quanto a te, per male che tu faccia,*
*Non puoi farti peggiore.*
Soſt. *Chi ſa, Marito mio, ch' ella non abbia*
*Finti queſt' odj a ſolo unico oggetto*
*Di quel più trattenerſi con ſua madre?*
Lach. *Che vai ciarlando? di quanto ti dico*
*Non è ſegno baſtante il non avere*
*Voluto alcun, che tu la viſitaſſi,*
*Quando ieri ci andaſti?* Soſt. *Mi dicevano,*
*Che dal male era allor molto aggravata,*
*E per queſta cagion non fui introdotta.*
Lach. *Mi penſo, che il ſuo male altro non ſia,*
*Che i tuoi coſtumi, ch' ella ha tanto a noja:*
*E con ragion: poichè Suocera alcuna*
*Non v'è, che d'ammogliar non brami il figlio,*
*Facendogli que' patti, che più vuole:*
*Ma quando per ſuo impulſo egli l' ha preſa,*
*Per ſuo impulſo ancor la manda via.*

*Phid.* Etſi

*Ter. Hecy.* *Fig. V.*

*Act. II. Scena II.*

*Phid.* ETsi scio [a], Philumena, meum jus esse, ut te cogam,
Quae ego imperem, facere, ego tamen patrio animo victus faciam
Ut tibi concedam, neque tuae libidini advorsabor.
*Lach.* Atque eccum Phidippum optume video. ex hoc jam scibo, quid sit [b].
Phidippe, esse ego meis omnibus scio [c] me apprime obsequentem:
Sed non adeo, ut facilitas mea illorum corrumpat animos:
Quod tu idem si faceres, magis in rem & nostram, & vostram id esset.

Nunc

VARIANTES LECTIONES

a Etsi scio ego. *In utroque Codice.* b hoc quid fiet.
c Phidippe, etsi ego, meis omnibus, scio, me esse obsequentem. *Et hac in lectione concordat uterque Codex.*

Fidippo, Lachete, e Sostrata.
Fid. *ANcorchè io sappia esser diritto mio,*
*Filomena, il forzarti ad ubbidirmi;*
*Nulladimeno dal paterno amore*
*Vinto concederotti ciò che brami,*
*Ne a' tuoi capricci mi opporrò giammai.*
Lach. *Ma ecco che sen viene a noi Fidippo;*
*Da lui saprò, che cosa sia mai questa.*
*Fidippo, io so benissimo, esser noto*
*A ciascun, quanto io sia dolce co' miei:*
*Ma non già tanto, che la mia dolcezza*
*Corromper debba gli animi di quelli:*
*Che se facessi ancora tu lo stesso,*
*Le mie cose, e le tue andrebber meglio.*

*In*

## NOTAE

Diximus superius pag. 155., ubi de comici Theatri partibus nonnulla attigimus, tres in Proscenio Januas referri solitum, dexteraque domum illius exhiberi, qui secundas in Comoedia partes ageret. Hoc autem confirmari magnopere videtur ex Tabula, quae huic praemittitur Scenae. In dextera enim ejus parte visitur Phidippus in limine domus suae, ex qua egreditur Lacheti, Sostrataeque obvius; mediumque tenet Laches ipse quasi e conspectu domus suae, quae primas agente Pamphilo ejus filio, medium occupare debebat.

Sunt qui putant, Phidippum eodem in limine secum animo

Nunc video in illarum poteſtate eſſe te. *Phid.* Eja vero.
*Lach.* Adii te heri de filia; ut veni, itidem incertum amiſti [a].
Haud ita decet, ſi perpetuam vis eſſe affinitatem hanc,
Celare te iras. ſi quid eſt peccatum a nobis, profer:
Aut ea refellendo, aut purgando vobis, corrigemus,
Te judice ipſo. ſin ea eſt cauſſa retinendi apud vos,
Quia aegra eſt; te mi injuriam facere arbitror, Phidippe,
Si metuis, ſatis ut meae domi curetur diligenter.
At, ita me dii ament, haud tibi hoc concedo, etſi illi pater es,

Ut

VARIANTES LECTIONES

*a* amiſiſti. *In utroque Codice.*

*In tanto tu ti ſtai nelle lor mani.*
Fid. *Eh via.* Lach. *Venni a trovarti ieri a cagione*
*Della figliuola; e pieno d' incertezze,*
*Siccome venni, mi laſciaſti andare:*
*Se vuoi fra noi la parentela eterna,*
*Queſta non è la via, celarmi l' ire,*
*E i domeſtici ſdegni: apertamente*
*S' ha da trattar fra noi: e ſe per ſorte*
*V' è colpa alcuna dalla parte noſtra,*
*Diccela prontamente: perchè quella*
*O noi ribatteremo, o ſcuſeremo,*
*O a tuo giudizio emenderemo ancora,*
*Se poi la ritenete in caſa voſtra,*
*Perchè inferma ella ſia; a dirla ſchietta,*
*Fidippo in queſto tu mi offendi troppo,*
*Quando moſtri timor, che in caſa mia*
*Aſſiſtita non fuſſe da ſua pari;*
*Poichè, ſebbene a lei padre tu ſia,*
*Così m' amin gli Dei, che non ti cedo*
*In deſiar di rivederla ſana;*

*E ciò*

## NOTAE

mo revolvere, quae domi ſnae cum Philumena filia fuerat colloquutus, reditum ipſi in conjugis ſui Pamphili domum ſuaſurus, eundemque ſermonem proſequi. Haec ſententia, quae ducem habet Donatum, mihi vehementer arridet, & cum iis videtur congruere, quae inferius ipſe narrat Phidippus: videlicet

*Illam ad vos redire ſtudeo,*
*Si facere poſſim ullo modo.*
*Poſtquam attendi*
*Magis, & vi coepi cogere, ut rediret &c.*

Primos tamen tres verſus ita ab eo proferri opinor, ut a Lachete, quem nondum viderat, minime audiantur, alias nec quae ſequuntur, cum praeallato Phidippi ſermone convenirent, nec ſibi conſtaret noſter Terentius.

Sed quumprimum hanc proſpexi Tabulam, aliquam mihi difficultatem peperit Aulaeum, ſeu Tapetes e ſuperiori Januae trabe pendens, nodoque revinctum, quod in aliis quoque quamplurimis Tabulis cernere eſt. Memini Aulaea uſui fuiſſe tragicis in Actionibus, ſuperioremque Theatri, ſeu verius Scenae partem a Pulpito dixtinxiſſe, ne Actores, priusquam in Pulpitum aſcenderent, in Cavea ſedentium oculis paterent: atque eo ſpectant Cicero pro Coel. c. 27. *Deinde ſcabella concrepant, Aulaeum tollitur*, & Juvenalis Sat. VI. ver. 67.

*Quoties Aulaea recondita ceſſant.*

Tentoria quoque Aulaeis non raro fuiſſe compoſita ad pulverem excipiendum, teſtatur Varro, eruiturque ex Horatii Lib. II. Satyr. VIII. verſ. 54.

*Interea ſuſpenſa graves Aulaea ruinas*
*In patinam fecere, trahentia pulveris atri*
*Quantum non aquilo campanis excitat agris.*

Nullibi tamen apud eos, qui de Theatro ſcripſere, mentionem de Aulaeis fieri adinveni, quibus domorum Januae ornarentur.

Daceria quum in Tabulis quoque Codicum Mſs. regiae Pariſienſis Bibliothecae animadverterit ex Actorum januis ſuſpenſa Aulaea hujuſmodi, ſeu Vela, haec ſubiicit. „ Les portes, qui „ donnoient dans la ruë, avoient preſque toutes des portiers, „ qui les couvroient par dedans: & comme apparemment on „ n'avoit pas alors l'uſage des tringles, & des anneaux, ceux „ qui ſortojent, & qui ſe tenant devant la porte, vouloient voir „ cependant ce, qui ſe paſſoit dans la maiſon, noüoient la „ portiere, comme on noüe les rideaux d'un lict „ Perbelle quidem, atque ingenioſe, hic tamen loci minus apte: induci enim nullo modo poſſum, ut credam, Myrrhinam rerum, quae domi ſuae peragebantur, adprime conſciam, fuiſſe paſſuram, patere omnibus januam, ſoloque obtegi Aulaeo, quo remoto, atque etiam undulato introſpici ab iis, qui foris erant, potuiſſent, quae omnes, ipſumque Philumenae patrem celare ſummopere ſatagebat juxta ea, quae ſequuntur Act. III. Sc. III.

*Maxime volo, doque operam, ut clam partus eveniat patrem,*
*Atque adeo omnes.*

Praeterea Scenae Januas plerumque fuiſſe clauſas, ea docent, quae ſaepius legimus in Terentio *Fores crepuere*, & his ſimilia. Phidippi janua, poſtquam e domo in pulpitum divertit, fortaſſe patebat, nam eodem Act. III. Sc. I. in eamdem domum Pamphilus videtur ingredi nemine obſtante: quae tamen domi peragebantur, introſpicere minime eum potuiſſe, ii docent ejuſdem Scenae verſus:

Parm. *Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum: agedum, ad fores*
*Accede propius. hem! ſenſiſtin'?* Pam. *Noli fabularier.*
*Pro Jupiter! Audio clamorem &c.*

Quare Aulaea hujuſmodi Pictorum libertate, quae maxima illis eſſe ſolet, efficta reor, ut elegantiores Tabulae apparerent, tetraque Furcae imago, quam tres nudae trabes exhibuiſſent, ab intuentium oculis removeretur.

Ut tu illam salvam magis velis, quam ego: id adeo gnati caussa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum, magnificare [1].
Neque adeo me clam est, quam esse eum graviter laturum credam,
Hoc si rescierit: eo, domum studeo haec prius, quam ille huc redeat.
*Phid.* Laches, & diligentiam vestram, & benignitatem
Novi; & quae dicis, omnia esse ut dicis, animum induco [a]:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,
Si facere possim ullo modo. *Lach.* Quae res te facere id prohibet?
Eho, nunquidnam accusat virum? *Phid.* Minime: nam postquam attendi
Magis, & vi coepi cogere ut rediret, sancte adjurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.
Aliud fortasse alii vitii est: leni ego animo sum natus:
Non possum advorsari meis. *Lach.* Hem Sostrata! *Sostr.* Heu me miseram!
*Lach.* Certumne est istuc? *Phid.* Nunc, ut videtur. sed nunquid vis [b]?
Nam est, quod me transire ad forum jam oportet [c]. *Lach.* Eo tecum una.

VARIANTES LECTIONES

*a* in animum induco meum. *b* sed quid vis? *c* oporteat.
1 magni facere.

*E ciò pe 'l Figlio mio, che so di certo,*
*Che fa di lei quel conto,*
*Ch' egli fa di se stesso: e veggio bene*
*Quanto egli n' averà duolo, ed affanno*
*In saper queste cose: onde mi studio,*
*Che prima, ch' egli a noi faccia ritorno,*
*Tu mi rimandi la tua figlia a casa.*
Fid. *Lachete, non è d' ora, che io conosco*
*La vostra diligenza, ed il benigno*
*Animo vostro, e credo senza fallo,*
*Che vero tutto sia ciò, che m' hai detto,*
*E bramo, che tel creda, e assai m' ingegno,*
*Perchè ella se ne venga a casa vostra,*
*E penso a tutti i modi.* Lach. *E chi tel vieta?*
*Dimmi, forse accusa ella il suo marito?*
Fid. *Nulla affatto. Anzi quando io più la strinsi,*
*E le volli usar forza, acciò tornasse;*
*Santamente giurommi, in modo alcuno*
*Di non poter durare a starvi in casa,*
*Finchè Panfilo suo stesse lontano.*
*Lachete mio, chi ha un, chi un altro vizio.*
*Io son d' un natural placido, e dolce,*
*Ne posso contrariare alla mia gente.*
Lach. *E ben Sostrata?* Sost. *O misera che io sono!*
Lach. *Così dunque ha fermato?* Fid. *A quel che parmi,*
*Per ora ella è di questo sentimento.*
*Ma vuoi altro da me? perchè ho bisogno*
*Di andare in piazza.* Lach. *Ce n' andremo insieme.*

*Sostr.* Lede-

Ter. Hecyra — Fig. VI.

Act. II. Scena III.

*Sostr.* AEdepol nae nos aeque ſumus[a] omnes inviſae viris[1]
Propter paucas; quae omnes faciunt dignae ut videamur malo.
Nam, ita me ament di, quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam.
Sed non facile eſt expurgatu: ita animum induxerunt, ſocrus
Omneis eſſe iniquas. Haud pol me quidem: nam nunquam ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata: nec, qui hoc mi eveniat, ſcio.
Niſi pol filium multimodis jam expecto ut redeat domum.

VARIANTES LECTIONES

a Aedepol nae nos ſumus iniquae aequae omnes inviſae viris.

1 Aedepol nae nos ſumus mulieres aeque omnes inviſae viris.

Soſtrata.

Soſt. *Affè che ſiamo tutte quante in odio*
*Agli uomin noſtri per cagion di poche;*
*Le quali poche fanno, che ſembriamo*
*Tutte degne di pena, e di gaſtigo.*
*Sì m' amino gli Dei, come innocente*
*Sono di ciò, che il mio marito apponmi;*
*Ma non m' è così facile, il moſtrarlo:*
*Tanta è la triſta fama, che ſien tutte*
*Le Suocere nemiche delle Nuore.*
*Ma certamente, che io non ſon tra quelle:*
*Poichè ſempre ho tenuta la mia Nuora*
*In luogo di figliuola, e non comprendo*
*Come queſto or mi accada. Impaziente*
*Per molti capì aſpetto, che ritorni*
*Il mio figliuolo a caſa.*

Ter. Hecyra

Fig. VII.

Act. III. Scena I.

Pam. NEmini ego plura acerba esse [a] ex amore homini unquam oblata credo,
Quam mi. heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere?
Haccine ego caussa eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat praestabilius, ubivis gentium aetatem agere,
Quam huc redire: atque haec ita esse miserum me rescifcere!
Nam nos omnes, quibus alicunde aliquis objectus est labos,
Omne quod est interea tempus, prius quam id rescitum est, lucro est.
Parm. At sic, citius qui te expedias his aerumnis, reperies [b].

Si

VARIANTES LECTIONES

a Nemini ego plura acerba credo esse ex amore homini unquam oblata,
Quam mihi. heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere?
Haccine caussa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat praestabilius, ubivis gentium agere aetatem,
Quam huc redire! &c.

b reperias. *In utroque Codice.*

Panfilo, Parmenone, e Mirrina.

Panf. A*Niun credo certo, per amore*
*Che avvenute sian cose acerbe tanto,*
*Siccome a me. Oh quanto son meschino!*
*Per questo dunque ho cercato io di vivere?*
*E per questa cagion tanto desio*
*Ho avuto di tornare a casa mia?*
*In qualunque altra parte e' m' era meglio*
*Passar mia vita, che far qui ritorno,*
*E saper quelle cose, che ho saputo:*
*Posciachè a tutti noi, a' quali accade*
*Qualche cosa sinistra, è di guadagno*
*Quel tempo, che di mezzo s' interpone*
*Al risaperlo.* Parm. *Eh via sta di buon cuore,*
*Che presto uscirai fuor di questo affanno.*

Se

Si non rediiſſes, hae irae factae eſſent multo ampliores:
Sed nunc adventum tuum ambas, Pamphile, ſcio reverituras.
Rem cognoſces, iram expedies: reſtitues rurſum in gratiam.
Levia ſunt, quae tu pergravia eſſe in animum induxti tuum.
*Pam.* Quid conſolare me? an quiſquam uſquam[1] gentium eſt aeque miſer?
Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:
Jam in hac re, ut taceam, cuivis facile ſcitu eſt, quam fuerim miſer:
Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mi obtrudit pater.
Vix me illinc abſtraxi, atque impeditum in ea expedivi animum meum,
Vixque huc contuleram; hem nova res orta eſt, porro ab hac quae me abſtrahat.
Tum matrem ex ea re me aut uxorem in culpa inventurum arbitror:
Quae cum ita eſſe invenero, quid reſtat, niſi porro ut fiam miſer?
Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet:
Tum uxori obnoxius ſum: ita olim ſuo me ingenio pertulit,
Tot meas injurias quae nunquam in ullo patefecit loco.
Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eveniſſe, Parmeno,
Unde ira inter eas interceſſit, quae tam permanſit diu.
*Parm.* Hoc quidem hercle parvum eſt[a]: ſi vis vero veram rationem exequi,
Non maxumas, quae maxume ſunt interdum irae, injurias
Faciunt:

VARIANTES LECTIONES

a Haud quidem hercle parum. Sivis &c. *In utroque Codice.*

1 uſquam *Deeſt.*

*Se non tornavi, ſi ſariano fatti*
*Queſti sdegni fra lor molto maggiori;*
*Ma adeſſo entrambe avran del tuo ritorno*
*Più timor, che non credi: tu vedrai*
*Come paſſan le coſe, e darai fine*
*All' ire loro, e metteraile in pace.*
*Lievi ſon queſte coſe, che tu penſi*
*Che ſiano gravi.* Panf. *A che tu mi conſoli?*
*Evvi alcun come me sì miſerabile?*
*Prima, che queſta io mi prendeſſi in moglie,*
*Era di altra perduto, e poſſon tuttti*
*Facilmente ſaper quel, che io ſofferſi*
*In quel miſero tempo; e nondimeno*
*Non volli ricuſar di prender quella,*
*Che il padre mio mi deſtinò per moglie;*
*E' appena da colei mi diſtaccai,*
*E diſciolſi il cuor mio da' lacci ſuoi,*
*E a queſta appena io lo donai, che or trovo*
*Coſa nuova, per cui da queſta ancora*
*Converrà diſtaccarmi; perchè io penſo,*
*Che cagione ſaran di queſte riſſe,*
*O la madre, o la moglie, e delle due,*
*Quale ſarà, mi renderà meſchino.*
*Perchè, Parmenon mio, quella pietade,*
*Che alla madre ſi dee, quella non vuole,*
*Che io ſoffra di vederla dilegiata.*
*Dall' altra parte io ſon troppo tenuto*
*Alla mia moglie, che per tanto tempo*
*Mi ha ſopportato colla ſua bontade;*
*E di tanti ſtrapazzi, che le ho fatti,*
*Non ne ha detto parola con veruno.*
*Ma certo fra di loro, o Parmenone,*
*Qualche coſa di grande egli è ſucceſſo,*
*Onde nacque tant' ira, e dura tanto.*
Par. *Eh che ſon ſtate tutte bagattelle.*
*Se vuoi la coſa ricercare a fondo,*
*Vedrai, che non ſon ſempre i grandi ſdegni*
*Cagion d' ingiurie grandi. Accade ſpeſſo,*

 *Che*

Faciunt : nam saepe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Cum de eadem caussa est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt?
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia:
Fortasse unum aliquod verbum hanc inter eas iram conciverit.
*Pam.* Abi, Parmeno, intro, ac me venisse nuncia. *Parm.* Hem quid hoc [1]?
*Pam.* Tace.
*Parm.* Trepidari sentio, cursari rursum prorsum: agedum ad fores
Accede propius. hem, sensistin'? *Pam.* Noli fabularier.
Proh Jupiter, audio clamorem. *Parm.* Tute loqueris, me vetas?
*Myr.* Tace, obsecro, mea gnata. *Pam.* Matris vox visa est Philumenae. *
Nullus sum. *Parm.* Qui dum? *Pam.* Perii [2]. *Parm.* Quam ob rem? *Pam.* Nescio quod magnum malum
Profecto, Parmeno, me celant. *Parm.* Uxorem Plilumenam
Pavitare nescio quid, dixerunt. id si forte est, nescio.
*Pam.* Interii: cur id non dixti? *Parm.* Quia non poteram una omnia.
*Pam.* Quid morbi est? *Parm.* Nescio. *Pam.* Quid? nemo ne medicum adduxit?
*Parm.* Nescio.

*Pam.* Cesso

VARIANTES LECTIONES

1 quid hoc est? 2 quia perii.

*Che alcun per quelle cose non si adira,*
*Che un altro impetuoso di natura*
*Per quelle stesse ne divampa a un tratto.*
*I fanciulli fra lor quanto fracasso*
*Fan per cosa di nulla, e perchè questo?*
*Perchè inferma han la mente, che gli regge:*
*Così le donne son come i fanciulli*
*Di debole cervello; onde io mi credo,*
*Che per qualche parola intesa male*
*Sian nate fra di lor tante amarezze.*
Panf. *Và dentro, Parmenone, e dà l' avviso*
*A lor del mio ritorno.*
Parm. *Ma stà; che cosa è questa?* Panf. *Non parlare.*
Parm. *Odo gente, che mostra aver paura,*
*E che di giù, e di sù corre con fretta.*
*Accostati alla porta. Oh! hai tu sentito?*
Panf. *Stà zitto. Odo per Giove de' lamenti.*
Parm. *Tu parli, e a me lo vieti?*
Mir. *Taci, Figlia, ti prego.* Panf. *Mi è paruta*
*La voce della madre di mia moglie.*
*Son perduto.* Parm. *E perchè?* Panf. *Sono perduto.*
Parm. *E la ragione?* Panf. *Al certo, Parmenone,*
*Esse mi celano qualche gran male.*
Parm. *Disser, che Filomena avea timore*
*Di non so che. Chi sà, che non sia questo?*
Panf. *Son morto. E perchè tu me l' hai taciuto?*
Parm. *Perchè narrarti io non poteva insieme*
*Tutte le cose.* Panf. *E quale è il mal, che soffre?*

Parm. *Io*

# NOTAE

* Quum Myrrhina in penetralibus domus cum Philumena filia sermonem habeat eam admonens, ut partus, quem omnes celare satagit, dolores tacita ferat, nec prodeat in Theatrum, ejus Persona non refertur in Tabula, quae huic Scenae praeficitur. Hanc legem non servavit Pictor in Andr. Act. III. Sc. I. ubi Glycerium exhibet cum Lesbia obstetrice, quasi in atrio domus, clausis autem foribus, Junonem implorantem *Fer opem, serva me, obsecro*: quia Glycerium numquam prodit in Theatrum; quod tamen non semel in Hecyra a Myrrhina praestari animadvertimus.

*Pam.* Cesso hinc ire intro, ut hoc quamprimum, quidquid est, certum [a] sciam?
Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam?
Nam si periculum ullum in te [b] est [1], periisse me una haud dubium est.

*Parm.* Non usus facto est mihi nunc, hunc intro sequi.
Nam invisos omneis nos esse illis sentio:
Here nemo voluit Sostratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus siet,
Quod sane nolim, maxume heri caussa mei,
Servom illico introiisse dicent Sostratae:
Aliquid tulisse comminiscentur mali
Capiti, atque aetati illorum, morbus qui auctu' sit:
Hera in crimen veniet, ego [c] in magnum malum.

VARIANTES LECTIONES

*a* certo. *b* inest. *c* ego vero. *In utroque Codice.*

*1* in te inest.

Parm. *Io non lo so.* Panf. *Come nol sai? e alcuno*
*Non v'ha condotto il Medico?* Parm. *Io non sollo.*
Panf. *Ma perchè non vò dentro, e mi chiarisco*
*Di tutto prestamente? o Filomena,*
*In che grado avverrà, che io ti ritrovi!*
*Ma se la tua salute ella è in periglio,*
*Stà certa pur, che moriremo insieme.*
Parm. *E' non è cosa, che mi torni bene*
*Entrar dentro con lui, che tutti noi*
*Siamo in odio a costor. Ieri nessuno*
*Di questa casa volea, che v' entrasse*
*Sostrata nostra; ond' ho qualche sospetto,*
*Che sia cresciuto il mal, che io non vorrei*
*Massimamente per lo mio padrone.*
*Ond' è che se io v' entrassi, si direbbe,*
*Che il servitor di Sostrata ci è stato;*
*E che, perchè non mancano maligni,*
*Gli ha disturbati, ed apportato danno*
*Alla loro salute; onde si è fatto*
*Di Filomena il male ancor maggiore,*
*E la padrona mia n' avria la colpa,*
*E in grande imbroglio io mi ritroverei.*

*Sostr.* Ne-

*Act. III. Scena II.*

*Soſtr.* Neſcio quid jamdudum hic audio tumultuari miſera:
Male metuo, ne Philumenae magi' morbus aggraveſcat:
Quod te, Aeſculapi, & te Salus, ne quid ſit hujus, oro.
Nunc ad eam viſam [a]. *Parm.* Heus Soſtrata. *Soſtr.* Ehem. *Parm.* Iterum iſtinc excludere.
*Soſtr.* Ehem, Parmeno, tu ne hic eras? perii; quid faciam miſera?
Non viſam uxorem Pamphili, cum in proximo hic ſit aegra?
*Parm.* Non viſas, nec mittas quidem viſendi cauſſa quemquam.
Nam qui amat cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte duco [b]:
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.

Tum

VARIANTES LECTIONES

*a* Nunc adeam viſam. *In utroque Codice.* *b* Eum bis facere ſtulte judico.

Soſtrata, Parmenone, e Panfilo.
Soſt. *Ho udito poco fa, che in queſta caſa*
*V' eran rumori. Ah me tapina, io temo,*
*Che a Filomena ſia creſciuto il male:*
*Il che, perchè non ſia, con tutto il cuore*
*Te ſupplico Eſculapio, e te Salute.*
*Andrò a vederla.* Parm. *O Soſtrata.* Soſt. *Che coſa?*
Parm. *Di coſtì ſarai eſcluſa un' altra volta.*
Soſt. *Oh ſei qui, Parmenone? hoimè ſon morta!*
*E che farò infelice? A me ſia tolto*
*Il veder Filomena la conſorte*
*Del mio figliuol, che ſi ritrova inferma?*
Parm. *Viſitar non la dei, ne mandar dei*
*Perſona a tale affetto. Al certo io credo,*
*Che chi vol bene a quel, che in odio ha lui,*
*Erri due volte, e che faccia due mali,*
*Perch' e' intraprende una fatica vana,*
*Ed all' altro divien grave, e moleſto:*

*Tanto*

Tum autem filius tuus introiit videre, ut venit, quid agat.
*Sostr.* Quid ais? an venit Pamphilus? *Parm.* Venit. *Sostr.* Diis gratiam habeo.
Hem, istoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde excessit.
*Parm.* Jam ea te caussa [a] maxume huc nunc introire nolo:
Nam si remittent quidpiam Philumenae [b] dolores,
Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli,
Quae inter vos intervenit [c], unde ortum est initium irae.
Atque eccum video ipsum egredi. quam tristi' est. *Sostr.* O mi gnate.
*Pam.* Mea mater, salve, *Sostr.* Gaudeo venisse salvom. salvan'
Philumena est? *Pam.* Meliuscula. *Lach.* Utinam istuc ita dii faxint.
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam [d] tristis? *Pam.* Recte, mater.
*Sostr.* Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente invasit?
*Pam.* Ita factum est. *Sostr.* Quid morbi est? *Pam.* Febris. *Sostr.* Quotidiana?
*Pam.* Ita ajunt.
I sodes intro, consequar jam te, mea mater. *Sostr.* Fiat.
*Pam.* Tu pueris curre, Parmeno, obviam, atque his [e] onera adjuta.
*Parm.* Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant [f]? *Pam.* Cessas [g]?

VARIANTES LECTIONES

a. Namque & ea te caussa. b Philumenam. *Concordant hac in lectione Codices.*
c intervenerit. d nunc tam. e eis. f veniant. g *Deest in Codice,*

*Tanto più, che il tuo figlio da se stesso*
*Subito giunto è entrato a visitarla.*
Soft. *Che dì tu, venne Panfilo?* Parm. *E' venuto.*
Soft. *Ve ne ringrazio Dei. Per questa nuova*
*Mi è ritornato l' animo smarrito,*
*E ho libero il mio cuor d' ogni travaglio.*
Parm. *E già principalmente non mi curo,*
*Che tu ten vada ora a trovar costei:*
*Perchè se nulla nulla il male scema*
*A Filomena, ella vorrà sicuro*
*Raccontar testa testa a suo marito*
*Ciò, che avvenne fra voi, e qual principio*
*Ebbero le vostr' ire.*
*Ma eccol, che vien fuora: oh come è afflitto!*
Soft. *O Figlio.* Panf. *O madre, ti saluto.* Soft. *Io godo,*
*Che tu ti trovi sano; e Filomena*
*Come stà di salute?* Panf. *Un tantin meglio.*
Soft. *Ah vogliano gli Dei, che ciò pur sia!*
*Ma di che piangi o figlio, e che ti attrista?*
Panf. *Sto bene, o madre.* Soft. *E qual fu la cagione*
*Di quel tumulto? forse all' improvviso*
*Le si accrebbe l' affanno?* Panf. *Così certo.*
Soft. *E che male è?* Panf. *E' febbre.* Soft *D' ogni giorno?*
Panf. *Sì dicono. Or và dentro madre mia,*
*Che io seguirotti.* Soft. *Ecco mi avvio, o figlio.*
Panf. *Tu corri, Parmenon, incontro a' servi,*
*E poi gli ajuta a scaricar le robe.*
Parm. *Forse, ch' essi non sanno più la via*
*Di ritornare a casa?* Panf. *E ancor non vai?*

*Pam.* Ne-

Ter. Hecyra

Fig. IX

Act. III. Scena III.

Pam. NEqueo mearum rerum initium ullum invenire idoneum,
Unde exordiar narrare, quae nec opinanti accidunt,
Partim quae perſpexi his oculis, partim quae accepi auribus:
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intro ut corripui timidus, alio ſuſpicans
Morbo me viſurum affectam, ac ſenſi eſſe, uxorem; hei mihi!
Poſtquam me adſpexere ancillae adveniſſe, illico omnes ſimul
Laetae exclamant, venit, id quod me repente adſpexerant.
Sed continuo voltum earum ſenſi immutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum.

Una

Panfilo ſolo.

*IO non ſo ritrovar delle mie coſe*
*Convenevol principio, onde ch' io poſſa*
*Incominciare a dir ciò, che mi avvenne*
*Fuor d' ogni mia credenza.*
*Che coſe io vidi con queſti occhi proprj!*
*E che coſe aſcoltai con queſte orecchie!*
*Onde fuor mi tirai preſſo che morto;*
*Perchè da poi che pieno di timore*
*Entrai da Filomena, e inſoſpettito*
*Di veder lei di ogn' altro male oppreſſa,*
*Che di quel, che poi ſeppi, ahi me tapino!*
*Appena fui veduto dalle ancelle,*
*Che all' improvviſo aſpetto*
*Eſclamar tutte liete ad una voce:*
*E' venuto. Ma vidi incontinente,*
*Che ſi mutò di tutte loro il volto,*
*Perchè troppo importuno a lor mi avea*
*Portato la fortuna. Una frattanto*

D' eſſe

Una illarum interea[1] propere praecucurrit, nuncians
Me venisse: ego eju' videndi cupidus recta consequor.
Posteaquam intro[2] adveni, extemplo ejus morbum cognovi miser:
Nam neque, ut celari posset, tempus spatium ullum dabat,
Neque voce alia, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.
Postquam aspexi, oh facinus indignum, inquam: & corripui illico
Me inde lacrumans, incredibili re, atque atroci percitus.
Mater consequitur. jam ut limen exirem, ad genua adcidit,
Lacrumans misera: miseritum est. profecto hoc sic est, ut puto,
Omnibu' nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.
Hanc habere orationem mecum principio institit:
O mi Pamphile, abs te quamobrem haec abierit, causam vides:
Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo:
Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret suum.
Sed cum orata ejus reminiscor, nequeo quin lacrumem miser.
Quaequae fors fortuna est, inquit, nobis quae te hodie obtulit,
Per eam te obsecramus ambae, si jus, si fas est, uti
Advorsa ejus per te tecta tacitaque apud omnes sient.
Si unquam erga te animo esse amico sensti[a] eam, mi Pamphile,
Sine labore hanc gratiam, te, uti sibi des, pro illa nunc rogat.

Caete-

VARIANTES LECTIONES

a sensisti. *In utroque Codice.*

1 forte interea. 2 Postquam introii, extemplo &c.

*D' esse vanne con fretta da mia moglie*
*A dirle il mio ritorno; io volle appresso*
*Tutto pien di desìo di rivederla.*
*Entrato ch' io fu' poi, subito vidi,*
*Misero, la cagion de' suoi dolori;*
*Ne v' era tempo da poter celarli,*
*Ed ella era forzata a lamentarsi.*
*Il che da me veduto irato dissi,*
*Che indegna sceleraggine! e partii*
*Subitamente versando gran pianto,*
*Mosso da un fatto così strano, e atroce.*
*La madre sua mi segue, e mi si getta*
*Inginocchioni avanti al limitare,*
*E di lagrime sparge l' infelice*
*Una gran copia, ond' io n' ebbi pietade:*
*Così conforme accadono le cose*
*Siamo umili, o superbi: indi comincia*
*A meco favellar di tal maniera:*
*Panfilo mio, ben vedi ora il motivo,*
*Perch' ella qua sen venne; la meschina*
*Fu già forzata, ed ecci ancora ignoto*
*L' infame, che oltraggiolla; e qua si trasse*
*Per nascondere il parto a chi che sia.*
*Ma quando mi ritornano alla mente*
*Le sue preghiere, io non ritengo il pianto.*
*Qualunque stata sia fortuna, o caso,*
*Diceva quella, che ti ha qui condotto,*
*Per essa ti preghiamo e madre e figlia,*
*S' egli è dover, se ti par cosa giusta,*
*Che tu ricuopra, e non palesi mai*
*Le sue miserie altrui;*
*E s' ella ti fu mai grata, e benigna,*
*Ti prega a non negarle una tal grazia,*
*Che a te non costa, e a lei giova di molto.*

 *Del*

Caeterum de reducenda id fac[1], quod in rem sit tuam:
Parturire eam, neque[a] gravidam esse ex te, solus conscius;
Nam ajunt tecum post duobus concubuisse eam[b] mensibus:
Tum, postquam ad te venit, mensis agitur hic jam septimus:
Quod te scire, ipsa indicat res. nunc si potis est, Pamphile,
Maxume volo, doque operam, ut clam partus eveniat patrem,
Atque adeo omneis. sed si fieri id non potest, quin sentiant,
Dicam abortum esse. scio nemini aliter suspectum fore,
Quin, quod verisimile est, ex te recte eum natum putent.
* Continuo exponetur. hic tibi nihil est quidquam incommodi: &

Illi

VARIANTES LECTIONES

*a* nec. *b* eam *Deest in Codice.*

1 id facias.

*Del rimanente poi di ricondurla,*
*O nò, fà tu quel che ti torna bene.*
*Tu solo sai, com' ella ha partorito,*
*Non sendo di te gravida, e fan conto,*
*Che due mesi dormito ella abbia teco,*
*E che il settimo sia dal dì, che venne*
*In casa tua, e che ciò ben tu sappia*
*L' istessa cosa ce lo fa vedere.*
*Or se possibil sia, Panfilo, io voglio*
*Onninamente, e dò tutta la mano,*
*Che questo parto si nasconda al padre,*
*Ed a ciascuno ancora: ma se pure*
*Sperabile non è, che si nasconda,*
*Dirò, come fatto ella abbia un aborto;*
*Ne vi sarà nessuno, che sospetti*
*Di lei, e crederà senza alcun dubbio*
*Esser quello tuo figlio. Incontinente*
*Esporrassi il fanciullo alla ventura:*
*Questo essere di peso a te non puote,*
*E ciò facendo coprirai l' ingiuria*

*Fatta*

# NOTAE

* *Fuit haec immanitas*, ait M. A. Muretus in Argumento Heautontim., *in veterum moribus, ut quum fera nulla sit, quae fetus suos non diligat, ipsi quos alere nollent liberos, eos recens natos aut interficere, aut exponere fas putarent*: nonnullosque habet asseclas, quos inter Thomas Bartholinius, Gherardus Noodtius, aliique non ultimae notae Viri. Monstra quidem necare, seu potius morti tradere solitum. Quo vero ad infantes caeteros, hanc feritatis notam omnibus sine discrimine gentibus impingere, injuriosum nimis reor, calumniaeque proximum. Thebis profecto legem viguisse, *ne cui Thebano liceret, infantem exponere, neque in solitudinem abiicere, capitis supplicio constituto*, testatur Aelianus Var. Hist. Lib. *II*. cap. 7. Mancos debilesque exponi, Lacaedemoniis praescripsit Lycurgus: juxta Aristotelem de Rep. Lib. VII. cap. 6. *De exponendis vel tollendis partubus lex esto, nequid mancum & debile alatur*. Quod tamen parentum arbitrio minime concessum voluit: *Arbitrium* inquit Plutarchus in vita Lycurgi, *tollendi partus non erat penes parentem, sed portabat eum in locum Leschen nomine, ubi tribulium natu maximi considentes infantem spectabant: qui si membris compactis, & robustis esset, tolli jubebant eum &c. debilem & distortum amandabant in locum voraginosum &c.* Eos enim, qui nascerentur, ad Rempublicam potius spectare optimo jure quum putasset, quam ad parentes, constituto ad id magistratui eos alendi, instruendique curam demandavit. Athenis ad Cynosargin extra portam spurios fuisse expositos, plures testantur. Romulus vero multitudini augendae intentus in Urbe recens a se constructa contrariam legem indixit: quam tamen postea non semel violatam plurima facta probant, ipsaque potissimum Columna Lactaria in undecima Urbis regione posita, in Foro olitorio juxta Velabrum, quo nonnulli putant infantes exportari solitos, quos parentes exponebant, ut aliquem invenirent, qui eos tolleret, & lactari curaret. Ego vero Lactariam dictam puto, quod matres eo confugerent, ut superstitioso aliquo ritu lac sibi ad suos alendos partus necessarium deprecarentur, vel convenire eo nutrices solerent, ut facilius nutricium lac mercarentur. Qui itaque exponebantur infantes, aptari solebant in Vasculo de papyro facto & bitumine illito, vel in Cantharo juxta Terentium Andr. Act. IV. Sc. IV. vers. 30. *Vidi Cantharum suffarcinatum*, & Aristophanem in Ran. V. I. 71. ubi de Oedipode:

*Qui mox ut alveo matris esset editus,*
*In vase fictili per hiemem exponitur.*

Erat quippe Cantharus ligneum, vel fictile vas semi ovi speciem referens, quod ostendunt nonnullae Bacchi Statuae.

At inhumanum hunc morem, infantes scilicet exponendi, coercere tandem aliquando sategere Valentinianus, Valens & Gratianus Imperatores: statuerunt namque Leg. 2. C. de Infant. expos. UNUSQUISQUE SOBOLEM SUAM NUTRIAT: QUOD SI EXPONENDAM PUTAVERIT, ANIMADVERSIONI, QUAE CONSTITUTA EST, SUBJACEBIT. SED NEC DOMINIS, VEL PATRONIS REPETENDI ADITUM RELINQUIMUS, SI AB IPSIS EXPOSITOS QUODAMMODO AD MORTEM VOLUNTAS MISERICORDIAE AMICA COLLEGERIT: NEC ENIM SUUM DICERE QUIS POTERIT, QUEM PEREUNTEM CONTEMPSIT.

Illi miserae indigne factam injuriam contexeris.
Pollicitus sum, & servare in eo certum est, quod dixi, fidem.
Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum esse arbitror:
Nec faciam: etsi amor me graviter consuetudoque tenet [a].
Lacrumo, quae posthac futura est vita, cum in mentem venit,
Solitudoque [b]. O fortuna, ut nunquam perpetuo es bona!
Sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit,
Quem ego consilio [c] missum feci: idem nunc operam huic dabo.
Adest Parmeno cum pueris: hunc minime est opus
In hac re adesse: nam olim soli credidi,
Ea me abstinuisse in principio, cum data est.
Vereor, si clamorem ejus hic crebro audiat,
Ne parturire intelligat. aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

VARIANTES LECTIONES

*a* etsi amor, consuetudoque ejus graviter tenet. *b* solitudo. *c* tum consilio. *In utroque Codice.*

*Fatta a quell' infelice indegnamente.*
*Io l' ho promesso, e son deliberato*
*Di mantenerle la promessa fede.*
*Ma circa al ricondurla a casa mia,*
*Non parmi onesto, e non voglio farne altro;*
*Ancorch' io l' ami tanto, e ancorchè provi*
*Sommo dolore in staccarmi da lei.*
*Così piango infelice in ripensando*
*Qual sarà dopo questo la mia vita*
*In una così acerba solitudine.*
*O fortuna, o non mai sempre propizia!*
*Ma il primo amor mi ha fatto in queste cose*
*Pratico assai, e se mosso da senno*
*Mi distrigai da lui, questo altro nodo*
*Discioirò forse ancora.*
*Ma ecco Parmenon con gli altri servi:*
*E' non è bene averlo qui presente;*
*Perchè a lui solo confidai, che intatta*
*Lasciai la moglie, da quando la presi:*
*Temo, ch' egli in udir spesso i lamenti*
*Di lei, si accorga, che ha i dolor del parto;*
*Però d' uopo è inviarlo in qualche luogo,*
*Fino a tanto che questa partorisca.*

Act. III. Scena IV.

*Parm.* AIn' tu [a] tibi hoc incommodum eveniſſe iter?
*Soſia.* Non hercle verbis, Parmeno, dici poteſt
Tantum, quam [b] re ipſa navigare incommodum eſt.
*Parm.* Itane eſt? *Soſia.* O fortunate, neſcis quid mali
Praeterieris, qui nunquam es ingreſſus mare!
Nam alias ut omittam miſerias, unam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,
Cum interea ſemper mortem expectabam miſer:
Ita uſque advorſa tempeſtate uſi ſumus.

*Parm.* Odio-

VARIANTES LECTIONES

a tu *Deficit in Codice*. b quantum.

Parmenone, Soſia, e Panfilo.

Parm. *Dunque tu dì, che queſto tuo viaggio*
*E' ſtato molto incomodo?* Soſia. *Per certo*
*Non ho parole da poterti dire,*
*Parmenone, qual ſia veracemente*
*Il navigar moleſta coſa, e dura.*
Parm. *Ed è così?* Soſia. *O Parmenon felice,*
*Che non ſai, quanti mali abbi sfuggito*
*Col non eſſer giammai entrato in mare!*
*Che ponendo da parte ogni altra pena*
*Queſta ſol ti dirò: trenta e più giorni*
*Fui nella nave, e ſempre avanti agl' occhi*
*Mi fu la morte, tale ebb' io tempeſta.*

Parm. Or-

## NOTAE

Hinc quoque noſtrarum praeſtantiam Tabularum conjicere fas eſt. Parmeno ſiquidem ſermonem cum Soſia de ejus in Imbrum itinere habens, dextera exhibetur in parte; illoque e Theatro digreſſo viſitur in ſiniſtra cum Pamphilo colloquens: eaque de cauſſa ſcitus Pictor ejus nomen non inſcripſit, quum ex ipſa Perſona, atque habitudine aegre in Arcem progredientis ſatis dignoſcatur.

*Parm.* Odiosum. *Sosia.* Haud clam me est: denique hercle aufugerim
Potius, quam redeam, si eo mi redeundum sciam
*Parm.* Olim quidem te caussae impellebant leves,
Quod nunc minitare facere, ut faceres, Sosia.
Sed Pamphilum ipsum video stare [a] ante ostium.
Ite intro: ego hunc adibo, si quid me velit.
Here, etiam tu [b] hic stas? *Pam.* Equidem [c] te expecto. *Parm.* Quid est?
*Pam.* In arcem transcurso opus est. *Parm.* Cui homini? *Pam.* Tibi.
*Parm.* In arcem [1]? quid eo? *Pam.* Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum una advectu' st, conveni.
*Parm.* Perii! vovisse hunc dicam, si salvus domum
Rediisset unquam, ut me ambulando rumperet.
*Pam.* Quid cessas? *Parm.* Quid vis dicam? an conveniam modo?
*Pam.* Imo, quod constitui me hodie conventurum eum,
Non posse, ne me frustra illi [d] expectet: vola.
*Parm.* At non novi hominis faciem. *Pam.* At faciam, ut noveris:

Magnus,

VARIANTES LECTIONES.

a stare *Deest* b etiam nunc tu. *In utroque Codice.*
c Et quidem. *Concordant Codices.* d illic *In utroque legitur Codice.*

1 In arcem quid eo?

Parm. *Orrida cosa.* Sosia. *Ed io molto ben solla:*
*Ma se altra volta si ha da ir per mare,*
*Piuttosto io fuggirò, che ritornarvi.*
Parm. *In altri tempi per cagion più lievi*
*Facevi quel, che di fare or minacci.*
*Ma Panfilo vegg' io, che stà sull' uscio:*
*Andate dentro, ed io ne andrò da lui*
*Per veder, se vuol nulla.* O *mio padrone,*
*Ancor qui ti ritrovo?* Panf. *Io ti aspettava.*
Parm. *E perchè?* Panf. *Perchè correre egli è d' uopo*
*Sino alla Rocca.* Parm. *Ed a chi tocca a correre?*
Panf. *A te.* Parm. *Fino alla Rocca? e per qual fine?*
Panf. *A trovar Callidemide Miconio*
*Mio caro amico, e con cui venni in nave.*
Parm. *Son morto. Io credo affè, che il mio padrone*
*Si sia votato, se tornava salvo*
*Di fracassarmi a forza di viaggi.*
Panf. *E ancor balocchi?* Parm. *E che dovrò lui dire,*
*Quando l' avrò trovato?* Panf. *Gli hai da dire,*
*Che andare oggi da lui io più non posso*
*Secondo il concertato; e che per questo*
*E' non mi aspetti: hai tu capito? or vola.*
Parm. *Io questo tal non ho mai visto in viso.*
Panf. *Farò, che tu il conosca: Di persona*
*E' gran-*

## NOTAE

* Tres in partes dividebantur Athenae, Asty, Pyraeum portum, atque Arcem, quae Acropolis plerumque solet appellari, & urbis medium occupabat. Quare perperam nonnulli Arcem, Pyraeumque confundunt, quod longe ab urbe distabat, licet muro esset cum ipsa conjunctum. Arx itaque collis quidam praeruptus erat, & licet ad ejus radices Phanum Bacco sacrum erigeretur, quo conveniebant Athenienses Tragoedias, Comoediasque spectaturi, difficilis tamen ad illam erat accessus: eaque de caussa queritur hic Parmeno, sibi jam defesso novum esse iter, ac difficile suscipiendum, quo rumpatur. Fuisse ipsa in Arce Templum Dianae dicatum, convenit inter Scriptores, quod a Persis eversum Pericles reparandum curavit, ac Parthenon appellavit. Superstes hodie visitur, Hugone Favonio teste, qui lib. III. Hodoep. Byz. haec cecinit:

*Arx tantum celebris hoc tempore montis eodem,*
*Quaeque imposita jugo est, vastas prospectat in undas*
*Aequoris, & circum dispersa mapalia, & omnes*
*Externo indigenas nocuo tutatur ab hoste.*
*Nobilis Arx, toto qua non est altera Grajo*
*Nota magis regno, validisque instructior armis.*

Magnus, rubicundus, crifpus, craffus, caefius,
Cadaverofa facie. *Parm.* Dii illum perduint.
Quid, fi non veniet? maneam ne [a] ufque ad vefperum?
*Pam.* Maneto: curre. *Parm.* Non queo: ita defeffu' fum.
*Pam.* Ille abiit. quid agam infelix? prorfus nefcio
Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina,
Suae gnatae partum: nam me miferet mulieris.
Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam:
Nam me parenti potius, quam amori, obfequi
Oportet. at, at, at, eccum Phidippum, & patrem
Video: horfum pergunt. quid dicam hifce, incertu' fum.

VARIANTES LECTIONES.

*a* manebo ufque ad vefperum?

*E' grande, e groffo, e il volto ha rubicondo,*
*Di capel crefpo, con gli occhi cileftri*
*Con una faccia propria di cadavere.*
Parm. *Che brutta cera! poffa cafcar morto.*
*Se non vien, l'afpetto io infino a fera?*
Panf. *Afpettalo, e và via.* Parm. *Son tanto ftracco,*
*Che androvvi adagio.* Panf. *Or quefti fi è partito,*
*Ed io mefchino e che potrò mai fare?*
*Come celerò il parto di fua figlia,*
*Che di celare mi pregò Mirrina?*
*Poichè ho pietà di lei, e pronto fono*
*A confolarla, e a far dal canto mio*
*Quanto potrò, purchè non manchi in nulla*
*Alla pietà, che alla madre fi debbe;*
*Perchè piuttofto quefta, che l'amore*
*Convien di fecondar. Ma ftà, ch'io veggio*
*Fidippo, e il padre mio, che quà fon volti:*
*Di quel, che dica loro io fono in dubbio.*

Dom. Mifcroni Sculp.

*Lach.* Diftin'

*Lach.* Dixtin' dudum, dixisse illam se expectare filium?
*Phid.* Factum. *Lach.* Venisse ajunt: redeat. *Pam.* Quam caussam dicam patri,
Quamobrem non reducam, nescio. *Lach.* Quem ego hic audivi loqui?
*Pam.* Certum obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.
*Lach.* Ipsus est, de quo hoc agebam tecum. *Pam.* Salve, mi pater.
*Lach.* Gnate mi, salve. *Phid.* Bene factum te advenisse, Pamphile,
Et adeo, quod maxumum est, salvum atque validum. *Pam.* Creditur.
*Lach.* Advenis modo? *Pam.* Admodum. *Lach.* Cedo, quid reliquit Phania
Consobrinus noster? *Pam.* Sane hercle homo voluptati obsequens
Fuit, dum vixit, & qui sic sunt, haud multum haeredem adjuvant [a].

Sibi

VARIANTES LECTIONES

a juvant. *In utroque Codice.*

Lachete, Fidippo, e Panfilo.

Lach. *Non hai tu detto poco fa, che quella*
*Aspettava il ritorno del figliuolo?*
Fid. *Certamente.* Lach. *E' venuto. Dunque torni.*
Panf. *Quale addurrò ragione al padre mio*
*Per non la ricondurre? Io non la trovo.*
Lach. *Ma qual persona ho udito qui parlare?*
Panf. *Quella via, che ho fermato di tenere,*
*Quella vuo' seguitar senza alcun dubbio.*
Lach. *Esso è quelli, di cui parlava or teco.*
Panf. *Mio padre, io ti saluto.* Lach. *Ed io te, figlio.*
Fid. *Oh come hai fatto bene a ritornare,*
*E quello che più importa, a tornar sano,*
*E vigoroso.* Panf. *Io te lo credo.*
Lach. *Arrivi*
*Adesso?* Panf. *Adesso appunto.*
Lach. *Dimmi che cosa ha lasciato di buono*
*Il cugin nostro Fania?* Panf. *E' mentre visse,*
*Fu del piacere amico, e questi tali*
*Non sogliono giovar molto all' erede;*

Ma

Sibi vero hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit, bene.
*Lach.* Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus una ſententia?
*Pam.* Quidquid eſt id quod reliquit, profuit. *Lach.* Imo obfuit:
Nam illum vivom & ſalvom vellem. *Phid.* Impune optare iſtuc licet:
Ille reviviſcet jam nunquam, & tamen, utrum malis, ſcio.
*Lach.* Here Philumenam ad ſe accerſi hic juſſit. dic juſſiſſe te.
*Phid.* Noli fodere. juſſi. *Lach.* Sed eam jam remittet. *Phid.* Scilicet.
*Pam.* Omnem rem ſcio, ut ſit geſta. adveniens audivi omnia [1]. *Lach.* At
Iſtos invidos dii perdant, qui haec libenter nunciant.
*Pam.* Ego me ſcio caviſſe, ne ulla merito contumelia
Fieri a vobis poſſet: idque ſi nunc memorare hic velim,
Quam fideli animo & benigno in illam & clementi fui,
Vere poſſim; ni te ex ipſa id magi' velim reſciſcere:
Namque eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa, quae nunc in me iniqua eſt, aequa de me dixerit.
Neque mea culpa hoc diſcidium eveniſſe, id teſtor deos.
Sed quando ſeſe eſſe indignam deputat matri meae,
Cui concedat, cujus [a] mores toleret ſua modeſtia;
Neque alio pacto poteſt componi inter eas gratia;
Segreganda aut mater a me eſt, Phidippe, aut Philumena:

Nunc

VARIANTES LECTIONES

a cujuſque. *Concordant Codices.*

1 omnia modo.

*Ma laſcioſſi per ſe queſta gran lode,*
*Che viſſe bene il tempo, ch' egli viſſe.*
Lach. *Tu dunque nulla più di una ſentenza*
*Ci hai qua portato?* Panf. *A noi di giovamento*
*E' ſtato tutto quel, ch' e' ci ha laſciato.*
Lach. *Anzichè ci ha nociuto, ch' io vorrei*
*Ch' egli foſſe ancor vivo, e ſteſſe bene.*
Fid. *Impunemente bramar ciò ti lice,*
*Ch' egli non può tornar per certo in vita;*
*Ed io ſo quello, che tu più vorreſti.*
Lach. *Coſtui feſſi venir la Filomena*
*A caſa ſua. Digli per tuo commando.*
Fid. *Non punzecchiarmi. Io ben lo comandai.*
Lach. *Ma quanto prima a noi rimanderalla.*
Fid. *Rimanderolla certo.* Panf. *Io già ſo tutto,*
*Che nel venire in qua mi è ſtato detto.*
Lach. *Queſti invidi gli Dei mandino in fumo,*
*Che narrano tai coſe con piacere.*
Panf. *Io ſo di aver uſato ogni riguardo*
*Per non eſſer ripreſo giuſtamente;*
*E ſe qui ti voleſſi raccontare*
*Quanto fido io le fui, dolce, e clemente,*
*Ben fare io lo potrei; ma più mi torna,*
*Che tel narri ella ſteſſa, e per tal via*
*L' indole mia ti ſarà più paleſe,*
*Qualunque volta udrai di bocca ſua,*
*Or che irata mi ſtà, dirne del bene:*
*E chiamo i ſanti numi in teſtimonio,*
*Come in queſta diſcordia io non ho colpa.*
*Ma quando ella ſi crede indegna coſa*
*Il cedere a mia madre, e tollerare*
*I ſuoi coſtumi tacita, e modeſta,*
*E veggio, che non ci è modo, ne via,*
*Perchè ritorni l' una all' altra in grazia;*
*Fidippo, è neceſſario il ſeparare*
*Filomena da me, o pur la madre;*

*E la*

Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi.
*Lach.* Pamphile, ad aures haud invito sermo mihi accessit tuus,
Cum te postputasse omnes res prae parente intellego.
Verum vide, ne impulsus ira prave insistas, Pamphile.
*Pam.* Quibus iris nunc in illam impulsus iniquu' sim [a],
Quae nunquam quidquam erga me [1] commerita est, pater,
Quod nollem: & saepe, quod vellem, meritam scio,
Amoque, & laudo, & vehementer desidero?
Nam fuisse erga me miro ingenio, expertu' sum,
Illique exopto, ut relliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior:
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.
*Phid.* Tibi in manu [b] est, ne fiat. *Lach.* Si sanus sies [2],
Jube illam redire. *Pam.* Non est consilium, pater:
Matris servibo commodis. *Lach.* Quo abis? mane,
Mane inquam: quo vadis [c]? *Phid.* Quae haec pertinacia est?
*Lach.* Dixin', Phidippe, hanc rem aegre laturum esse eum?
Quamobrem te orabam, ut filiam remitteres.
*Phid.* Non credidi aedepol adeo inhumanum fore:
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est, ut velit reducere uxorem, licet:

Sin

VARIANTES LECTIONES

*a* siem? *b* Tibi id in manu. *In utroque Codice.* *c* abis? *Concordant hac in lectione Codices.*
1 erga me. *Deest in Codice.* 2 si sanus satis sies.

*E la pietà vuol, che piuttosto io badi*
*A' comodi di lei, che della moglie.*
Lach. *Non ti posso negar, che grate, e dolci*
*Non mi sien state queste tue parole,*
*Mentre anteponi la tua madre a tutto.*
*Ma vedi, figlio, che mosso dall' ira*
*Tu poi non faccia qualche passo falso.*
Panf. *E per qual' ire mai farolle io contro,*
*Quand' ella non mi ha fatto alcuna cosa,*
*Ch' io non volessi, e spesso*
*Ha fatto tutto quel, che mi era a grado?*
*Anzich' io l' amo, e laudo, e la desidero*
*Con tutto il cuore; perch' io so per prova*
*Quanto si sia mirabilmente meco*
*Portata in tutti i tempi, e le desio,*
*Ch' ella compisca il resto di sua vita*
*Con un marito di me più felice,*
*Già ch' or da lei necessità mi stacca.*
Fid. *Egli è in man tua, che ciò non segua.* Lach. *Or via*
*Se tu hai giudizio, fa ch' ella ritorni.*
Panf. *Io non son, Padre, di questo parere,*
*E della madre vuo' servire a' comodi.*
Lach. *Ove ten vai? ti ferma; olà ti ferma;*
*Dico, ove te ne vai?* Fid. *Che pertinacia*
*Ell' è mai questa!* Lach. *Or io non te lo dissi,*
*Ch' egli averebbe ciò sentito male,*
*E però ti pregava a rimandarla?*
Fid. *Per verità non lo credei sì barbaro.*
*Or dunque egli si pensa, ch' io lo debba*
*Pregare, e ripregare? ma sta fresco.*
*S' egli vuol ripigliarsi la mogliera,*
*Se la ripigli pure; ma se poi*



*Egli*

Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.
*Lach.* Ecce autem tu quoque proterve iracundus es.
*Phid.* Percontumax redisti huc nobis, Pamphile.
*Lach.* Decedet jam [1] ira haec: etsi merito iratus est.
*Phid.* Quia paululum vobis accessit pecuniae,
Sublati animi sunt. *Lach.* Etiam mecum litigas?
*Phid.* Deliberet, renuncietque hodie mihi,
Velitne, an non; ut alii [o], si huic non sit, siet.
*Lach.* Phidippe, ades, audi paucis. abiit: quid mea?
Postremo inter se transigant ipsi, ut lubet:
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant:
Quae dico, parvipendunt. porto hoc jurgium ad
Uxorem, cujus fiunt consilio omnia haec.
Atque in eam hoc omne, quod mihi aegre est, evomam.

VARIANTES LECTIONES

o an non uxorem, ut alii, si huic non est, siet.
1 jam. *Deest*.

*Egli è d'altro parer, qua un sopra l'altro*
*Mi snoccioli la dote, e marci via.*
Lach. *E meco ancora contrastar tu vuoi?*
Fid. *Ti so ben dire, che tu sei tornato,*
*Panfilo, a noi molto sdegnoso, e acerbo.*
Lach. *Quest'ira sua ancorchè giusta sia,*
*Darà giù presto assai.*
Fid. *Cappita, perchè avete quattro soldi*
*State tanto sul grande?* Lach. *Ancora meco*
*La vuoi pigliare?* Fid. *In questo giorno istesso*
*Deliberi, ed in questo giorno istesso*
*Mi dica, s'e' la vuole, o non la vuole;*
*Perchè d'altri ella sia, se a lui non resta.*
Lach. *Fidippo non partire, io ti spedisco*
*Assai presto: ma ve', che si è partito.*
*Ma alla fin che m'importan questi guai?*
*Se l'aggiustin fra loro a voglia loro,*
*Quando che, ne il mio figlio, ne costui*
*Mi danno orecchio, e lascianmi gracchiare.*
*Ma vuo' fare un regalo alla mia moglie*
*Di queste traversie, giacch' esse sono*
*Parti del suo consiglio; e voglio tutta*
*Nelle sue orecchie vuomitar mia bile.*

Act. IV. Scena I.

*Myr.* PErii, quid agam? quo me vortam? quid meo respondebo viro [a]
Misera? nam audisse vocem pueri visu' est vagientis:
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam:
Quod si resciverit [b] peperisse [1], id qua caussa clam [c] habuisse me
Dicam, non aedepol scio.
Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.
*Phid.* Uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.
Atque eccam video. quid agis [d] Myrrhina? heus, tibi dico. *Myr.* Mihine [2]
Mi vir? *Phid.* [3] Vir ego tuus [e]? tu virum me, aut hominem adeo esse deputas?
Nam

VARIANTES LECTIONES

a quid viro meo respondebo. *In utroque Codice.* b rescierit. *Concordant Codices.*
c clam me habuisse. d ais. e sim.
1 peperisse eam. 2 Mihin' vir? 3 Vir ego tuus sum? tune virum me &c.

Mirrina, e Fidippo.

Mir. *SOn morta, e che farò? dove meschina*
*Rivolgerommi? e che dirò giammai*
*Al mio marito? il quale mi è paruto,*
*Ch' abbia udito i vagiti del bambino*
*Nel passar, ch' egli feo tacito, e presto*
*Dalla figlia. Se a caso egli ha saputo*
*Che ha partorito, io gli dirò la cosa,*
*Come ella è andata, o forse non dirolla?*
*Ma l' uscio è stato mosso: egli di certo*
*A me sen viene: io sono più che morta.*
Fid. *Quando sentimmi entrar dalla figliuola*
*La mia mogliera, se ne uscì di stanza.*
*Ma quì la veggio: e ben che fai Mirrina?*
*Olà, a te dico.* Mir. *A me, marito mio?*
Fid. *Io tuo Marito? e sarò persuaso,*
*Che tu marito tuo, o un uomo almeno*
*Mi creda, quando tu, se l' uno, o l' altro*
*Mi avessi*

Nam si utrumvis horum, mulier, unquam tibi visus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. *Myr.* Quibus? *Phid.* At rogas [a]?
Peperit filia. hem taces? ex quo? *Myr.* Istuc rogare aequom est patrem?
Perii! ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?
*Phid.* Credo: neque adeo arbitrari patris est aliter. sed demiror,
Quid sit, quam ob rem tantopere [b] hunc [1] omnes nos celare volueris
Partum; praesertim cum & recte, & suo pepererit tempore.
Adeone pervicaci esse animo, ut puerum praeoptares perire,
Ex quo inter nos scires posthac amicitiam fore firmiorem [c],
Potius, quam esset cum illo [d] nupta advorsus animi lubidinem
Tui? ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quae te est penes.
*Myr.* Misera sum. *Phid.* Utinam sciam ita [2] esse istuc. sed nunc mihi in mentem venit,
De hac re, quam loquuta es [e] olim, cum illum generum cepimus:
Nam nuptam filiam negabas posse te pati tuam
Cum eo, qui meretrices [f] amaret, qui pernoctaret foris.
*Myr.* Quamvis caussam hunc suspicari, quam ipsam veram, mavolo.
*Phid.* Multo prius scivi, quam tu, illum amicam habere, Myrrhina.
Verum id vitium ego nunquam decrevi esse adulescentiae:

Nam

VARIANTES LECTIONES

rogitas? *In utroque Codice.* b hunc. *Deest.* c Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthanc scires. *Concordant in hac lectione Codices.* d cum illa. e Ex hac re, quod loquuta es. *Et sic etiam in altero Codice.* f meretricem. *In utroque Codice.*
hoc. 2 ita. *Deest.*

*Mi avessi mai stimato, certamente*
*Non ti saresti ardita in alcun tempo*
*Schernirmi in tanti modi, come or fai?*
Mir. *E con qual fatti?* Fid. *Ancor me ne domandi?*
*La figlia ha partorito. Ah tu stai zitta?*
*E chi è suo padre?* Mir. *E questa ella è domanda*
*Degna di te? (son morta) E di chi vuoi,*
*Che sia figliuol se non di quel marito,*
*Che demmo a nostra figlia?* Fid. *Così credo,*
*Ne in altra guisa può credere un padre:*
*Mi maraviglio ben, ne so capire,*
*A qual fine tu ci abbia fino ad ora*
*Celato questo parto,*
*Tanto più che è accaduto in tempo proprio.*
*E sarai tu di mente sì perversa,*
*Che anzi desii vedere estinto un figlio,*
*Che potea tutti noi tornare in pace,*
*E viepiù stabilirla, che soffrire*
*Di vederti la figlia maritata*
*A quel giovane contro il tuo volere?*
*Ed io fui tanto buon, che mi credei,*
*Che in questo, ove ella è tua tutta la colpa,*
*Ce l' avesser quegli altri.*
Mir. *Infelice che io son!* Fid. *Fosse egli vero.*
*Ma ora ben ritornami alla mente*
*Quello, che intorno a ciò tu mi dicesti:*
*Quando colui ci prendemmo per genero,*
*Tu mi dicevi non poter patire*
*Di dare ad un la tua figliuola in moglie,*
*Che amante fosse di una meretrice,*
*E pernottasse sempre fuor di casa.*
Mir. *La verace cagion purchè e' non sappia,*
*Sospetti quanto vuole.*
Fid. *Già di te molto prima io ben sapea,*
*Che egli avea l' amica. Ma non mai*
*Colpa di gioventù credetti amore:*

*Che*

Nam id omnibus innatum est. at pol jam aderit [1], se quoque etiam cum oderit.
Sed ut olim te ostendisti eandem esse, nihil cessasti [a] usque adhuc,
Ut filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egissem, esset ratum.
Id nunc res indicium haec facit, quo pacto factum volueris.
*Myr.* Adeon' me esse pervicacem censes, cui mater siem,
Ut eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimonium?
*Phid.* Tun' prospicere, aut judicare, nostram in rem quod sit, potes?
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum [b] diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam. quid tum postea,
Si modeste ac raro hoc fecit? nonne ea [2] dissimulare nos [c]
Magis humanum est, quam dare operam id scire, qui nos oderit?
Nam si is posset ab ea sese derepente avellere,
Quicum tot consuesset annos [d]; non eum hominem ducerem [e],
Nec virum sati' firmum gnatae. *Myr.* Mitte adulescentem, obsecro,
Et quae me peccasse ais. abi, solum solus conveni:
Roga, velitne an non uxorem. si est, ut dicat velle se,
Redde: sin est autem, ut nolit, recte consului meae.
*Phid.* Siquidem ille ipse non volt, & tu sensti esse in eo [f], Myrrhina,
Peccatum, aderam, cujus consilio ea par fuerat prospici.

Quam

VARIANTES LECTIONES

*a* cessavisti. *b* se. *c* haec nonne adsimulare nos. *d* Qua cum tot consuisset annos. *e* esse. *f* sensisti in eo esse. *In utroque Codice.*

1 aderit tempus. 2 ea. *Deficit.*

*Che amore, e gioventù sono una cosa.*
*Ma tempo verrà forse, e forse è giunto,*
*Che egli avrà se, non che le amiche in odio.*
*Ma tu per dimostrarti quella stessa,*
*Che ti mostrasti allor, non hai cessato*
*Fino a che tu non abbia ricondotto*
*La figlia a casa, e non guastassi quello,*
*Che fu da me conchiuso.*
*Or questo fatto ben dimostra chiaro*
*Qual fosse il tuo volere, e la tua mente.*
Mir. *E tu mi crederai così maligna,*
*Che io volessi sturbare queste nozze*
*Sendo sua madre, quando che io credessi,*
*Che fussero per noi di gran vantaggio?*
Fid. *Oh tu sei al caso in ver da prevedere*
*E giudicar quel, che ci torni bene!*
*Udito forse avrai da qualcheduno,*
*Come e' lo vide alcuna volta uscire,*
*Ed entrar dall' amica. E ciò che monta,*
*Se egli modestamente, e ancor di rado*
*Lo fece? Or non sarebbe e' stato meglio*
*Serrar gli occhi, e far vista non vederlo,*
*Che fare in modo, ch' egli lo risappia,*
*E ci abbia in odio? se si fosse a un tratto*
*Distaccato da lei, con cui sì lunga*
*Domestichezza, ed uso era passato,*
*Non lo terrei per uomo, e stimerei*
*Debole appoggio aver dato alla figlia.*
Mir. *Lasciam questo discorso, e non si parli*
*Più di lui, nè di me: vanne a trovarlo,*
*E a solo a solo gli ragiona, e digli,*
*Se vuole, o no la moglie. Se la vuole,*
*Lui rendila: se poi nega volerla,*
*In quel caso a mia figlia ho ben provvisto.*
Fid. *E' non la vuole: e tu, che ciò sapevi,*
*Perchè non dirlo a me, col cui consiglio*
*Poteasi in tempo rimediare il male?*

*Onde*

Quam ob rem incendor ira, te esse ausam haec facere injussu meo.
Interdico, ne extulisse extra aedes puerum usquam velis.
Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem.
Ibo intro, atque edicam servis, ne quoquam efferri sinant.
*Myr.* Nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere.
Nam ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem, ut siet [1], resciverit,
Non aepol clam me est; cum hoc, quod leviu' est, tam animo iracundo tulit:
Nec, qua via sententia ejus mutari possit, scio.
Hoc mi unum ex plurimis miseriis relliquom fuerat malum,
Si, puerum ut tollam, cogit, cujus [a] qui sit nescimus pater:
Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est:
Neque detractum ei tum quidquam est, qui post possit nosci, qui siet:
Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum:
Simul vereor, Pamphilus ne orata nostra nequeat diutius
Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

VARIANTES LECTIONES

a nos. *Sic etiam in altero Codice.*
1 ut sit.

*Onde è, che d' ira avvampo, quando io penso,*
*Che tu sia stata tanto temeraria*
*Di far tai cose senza mio comando.*
*Ti proibisco a non trar fuora il figlio*
*Di casa nostra. Ma son troppo pazzo*
*A creder, che costei voglia ubbidirmi.*
*Anderò dentro, e a tutti i servi miei*
*Farò precetto, acciocchè gli abbian d' occhio,*
*Onde non sia condotto in parte alcuna.*
Mir. *Non credo, che ci sia donna nel mondo*
*Più misera di me; che io ben conosco*
*Quando e' saprà la cosa, come è ita,*
*In quale smanie egli sarà per dare,*
*Se questo, che è sì lieve appetto a quello,*
*Lo sturba tanto, e in tanta ira lo pone;*
*E non so, come io possa, o per qual via*
*Mutarlo di parere. Questo solo*
*Mi restava tra gl' altri molti mali,*
*Che e' mi obbligasse ad allevare il figlio,*
*Di cui non si sa il padre, il quale allora*
*Che di notte forzò la mia figliuola,*
*Non si poteo ben ravvisare, e nulla*
*Levar gli si poteo, onde col tempo*
*Si fosse ritrovato. Egli per forza*
*Le trasse un anellin, che avea in dito,*
*Nel partirsi da lei; e temo insieme,*
*Che Panfilo non possa a lungo andare*
*Mantener fede alle nostre preghiere,*
*Quando udirà, che allevasi per suo*
*Un figlio di uno stranio.*

Act. IV. Scena II.

*Sostr.* NOon clam me est, mi gnate, tibi me esse suspectam, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abiisse: etsi ea dissimulas sedulo.
Verum ita me dii ament, itaque obtingant ex te, quae exopto mihi, ut
Nunquam sciens commerui, merito ut caperet odium illam mei:
Teque antequam me amare rebar, ei rei firmasti fidem:
Nam mihi intus tuus pater narravit modo, quo facto me habueris
Praepositam amori tuo. nunc tibi [a] me certum est contra gratiam
Referre, ut apud me praemium esse positum pietati scias.
Mi Pamphile, hoc & vobis, & meae commodum famae arbitror [b]:
Ego, rus abituram hinc cum tuo me esse, certo decrevi patre,

Ne

VARIANTES LECTIONES

*a* nunc tibi certum est, contra gratiam referri. *b* esse.

Sostrata, e Panfilo.

Sost. *Mio figlio, ancorchè tu finga, e t' industri*
*Di non aver di me sospetto alcuno,*
*So che tu credi, che per mia cagione*
*Ci sia uscita di casa la tua Moglie.*
*Ma sì mi amin gli Dei, e sì mi accada*
*Ciò, che bramo da te, come non mai*
*(Almeno che io lo sappia) ho meritato,*
*Che ella m' odj a ragion. Del rimanente*
*Dell' amor tuo non dubitai giammai,*
*E me ne festi poco fa più certa:*
*Che or ora il padre tuo m' ha raccontato,*
*Come m' hai preferita anco alla moglie:*
*Onde vuo' darti adesso il contracambio*
*Con premiarti di quella gran pietade*
*Che usasti meco. Or io, Panfilo, penso*
*Far cosa, che ti torni, e torni ancora*
*In benefizio della fama mia:*
*Ho già determinato con tuo padre,*
*Perchè la mia presenza non ti nuoca,*

*E si*

Ne mea praesentia obstet, neu caussa ulla restet relliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. *Pam.* Quaeso quid istuc consili est?
Illiu' stultitia victa ex urbe tu rus habitatum migres?
Haud facies: neque sinam: ut qui nobis, mater, maledictum velit,
Mea pertinacia esse dicat factum, haud tua modestia.
Tum, tuas amicas te, & cognatas deserere, & festos dies
Mea caussa, nolo. *Sostr.* Nihil pol[a] jam istaec res mihi voluptatis ferunt.
Dum aetatis tempus tulit, perfuncta satis sum, satias[b] jam tenet
Studiorum istorum: haec mihi nunc cura est maxuma, ut ne cui meae[c]
Longinquitas aetatis obstet, mortemve exoptet[d] meam.
Hic video me esse invisam immerito: tempus est concedere[e].
Sic optume, ut ego opinor, omnes caussas praecidam omnibus,
Et me hac suspicione exolvam, & illis morem gessero.
Sine me, obsecro, effugere[f], volgus quod male audit mulierum.
*Pam.* Quam fortunatus caeteris sum rebus, absque una hac foret,
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem. *Sostr.* Obsecro, mi Pamphile,
Non tute incommodam rem, ut quaeque est, in animum inducas pati.
Si caetera sunt ita, ut tu vis, itaque ut esse ego illam existumo,
Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam. *Pam.* Vae misero mihi!
*Sostr.* Et mihi quidem: nam haec res non minus me male habet, quam te gnate mi.

VARIANTES LECTIONES

a pol. *Deest.* b satis. c mea. *In utroque Codice.*
d expectet. e concedere me. f hoc effugere. *Sic etiam in altero Codice.*

*E si tolga di mezzo ogni motivo,*
*Onde non torni a te la tua consorte,*
*Con esso lui di ritirarmi in Villa.*
Panf. *Dimmi ten prego, e che consiglio è questo?*
*Vinta tu dunque dalla sua pazzia*
*Lascerai la città? Tu no'l farai,*
*Ne io permetterollo, acciocchè quelli,*
*Che ci vogliono mal, non dican poi,*
*Che tu venuta sia a un passo tale*
*Per mia durezza; e non per tua modestia.*
*E poi non sarò vero, che io permetta,*
*Che tu lasci le amiche, e le parenti,*
*E i dì festivi a solo mio riguardo.*
Soft. *Di tai cose non più sento piacere:*
*Quando l'etade, e il tempo me'l permise,*
*Io ne godei a bastanza, or ne son sazia;*
*E l'unica mia cura è adesso, o figlio,*
*Che la vecchiezza mia nessuno annoj,*
*Sicchè morte mi brami. Io qui ben veggio*
*D'esser, ancorchè a torto, in odio altrui:*
*Tempo è di ritirarsi, e in questa guisa*
*Toglierò tutte le cagioni a tutti,*
*E così finiran, Figlio, i sospetti,*
*E così andrò incontro a' lor voleri.*
*Lascia ti prego, che dal volgo io fugga,*
*Che cattivo concetto ha delle Donne.*
Panf. *Come sarei felice in ogni cosa,*
*Se non ci fosse questa,*
*Avendo una tal madre, e una tal moglie!*
Soft. *Panfilo mio deh dimmi, te ne prego,*
*Perchè non soffrirai, quale si sia,*
*Questa incomoda cosa, ogni qual volta*
*Tutto il resto ti va, come tu vuoi,*
*E lei, com'io la bramo, esser pur credo?*
*Fammi il piacer di ricondurla a casa.*
Panf. *Ah me infelice!* Soft. *Ah me infelice ancora,*
*Che queste cose istesse, figliuol mio,*
*Non meno a te, che a me danno dolore.*

Lach. Quem

*Lach.* Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, uxor:
Istuc est sapere, qui, ubicumque opus sit, animum possis flectere,
Quod faciundum fortasse sit postidea, hoc nunc si feceris [a].
*Sostr.* Fors pol fuat [b]. *Lach.* Abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres.
*Sostr.* Spero mecastor. *Lach.* I ergo intro, & compone, quae tecum simul
Ferantur. dixi. *Sostr.* Ita ut jubes, faciam. *Pam.* Pater.
*Lach.* Quid vis, Pamphile? *Pam.* Abire hinc matrem? minime. *Lach.* Quid ita istuc? *Pam.* Quia
De uxore incertus sum etiam, quid facturus siem [c]. *Lach.* Quid est?

Quid

VARIANTES LECTIONES

a Quod faciendum sit post fortasse, idem hoc nunc si feceris. *In qua lectione concordat uterque Codex.*
b Fors tum pol. c Quid sim acturus.

Lachete, Sostrata, e Panfilo.

Lach. *Ciò, che tu ragionato hai con cotesto*
*Stando quì intorno, ho ben udito, o moglie.*
*Questo è giudizio sapersi adattare,*
*Quando il tempo lo porta, ad ogni cosa;*
*E quello or fare di proprio volere,*
*Che forse poscia far dovresti a forza.*
Sost. *Il ciel ci sia propizio.* Lach. *Or vanne in Villa,*
*E lì faremo a sopportarci insieme.*
Sost. *Io lo spero del certo.* Lach. *Vanne dentro,*
*Ed affardella ciò, che ti abbisogna,*
*Acciocchè là sia trasportato. Ho detto.*
Sost. *Farò come tu vuoi.* Panf. *Dunque mio padre...*
Lach. *Che vuoi, Panfilo?* Panf. *Dunque la mia madre*
*Dovrà partir? ciò non sarà mai vero.*
Lach. *E perchè vuoi tu questo?* Panf. *Perchè io*
*Sto incerto ancor di quel, che io voglia fare*
*Della mogliera.* Lach. *E che ne vuoi tu fare,*


*Se*

Quid vis [1] nisi reducere? *Pam.* Equidem cupio, & vix contineo [a]: sed
Non minuam meum consilium: ex usu quod est, id persequar.
Credo [b], si non reducam, ea gratia concordes magi' fore.
*Lach.* Nescias [c]. verum tua refert nihil, utrum illae fecerint,
Quando haec abierit: odiosa haec aeta' st adolescentulis:
E medio aequom excedere est: postremo nos jam fabulae
Sumu' Pamphile, senex, atque anus.
Sed video Phidippum per tempus egredi: accedamus.

VARIANTES LECTIONES

*a* contineor. *In utroque Codice.* *b* Credo, ea gratia concordes magis, si non reducam, fore. *Concordant Codices.* *c* Nescio.

1 vis facere.

*Se non che ricondurla a casa nostra?*
Panf. *Ciò bramo al certo, e mi ritengo appena;*
*Ma io non mi muterò mai di consiglio,*
*E quello seguirò, che util mi sia;*
*E credo in quanto a me, che più d' accordo*
*Staran tra lor, se non la riconduco.*
Lach. *Oh questo tu nol sai: ma che t' importa*
*Se tra loro v' è odio, quando questa*
*Sarà partita? Ma troppo odiosa*
*E' la vecchiezza a' giovani, e bisogna*
*Torsi dagli occhi loro: io veggio bene,*
*Che questa nostra età già muove a riso,*
*E siamo altrui trastullo. Ma Fidippo*
*Esce di casa, andiamo ad incontrarlo.*

## NOTAE

* Ad haec animadvertit Daceria „ Ce passage m'a toujours „ plù extremement: il est beau sans être difficile; cependant „ des gens fort savans s'y sont trompez. Mon pere etoit pour „ le sens, qu'j ay suivi (Donati scilicet explicationem, quam mox referemus)„ Mr. Guyet avoit eu la meme pensée avant „ luy: mais Donat les avez prévenùs l'un & l'autre; car il „ est le premier, qui a donné cette explication a ce passage. „ Donatus autem in Commentario ad hunc Terentii locum

*Haec duo nomina*, ait, *ut posita sunt, caput indicant, & inceptionem hujusmodi Fabularum*: quod idem est, ac si diceret Fabulas, quae domi oblectamenti caussa puerisque potissimum narrari solent, ab his exordiri verbis *Senex atque anus*. Laches itaque, hujusmodi Fabulis materiam a se, Sostrataque, quum ambo senes essent, datam queritur, quo ferme modo Mars Venusque fabulae materiam praestaverant juxta Ovidium de Arte amandi Lib. II. ver. 561.

*Fabula narratur toto notissima coelo,*
*Mulciberis capti Marsque, Venusque dolis.*

Sic etiam Plautus in Stich. Act. IV. Sc. I.

*Fuit olim, quasi ego sum, Senex.*

Nonnulli tamen Terentianum textum in alienum sensum detorquent, putantes aliquam fuisse Fabulam, quae ab his inciperet verbis *Senex & anus*; quos inter non postremum locum obtinet Farnabius, eandemque Donato sententiam impingit: en ejus verba: *Donatus putat alludi ad veterem Fabulam, quae ut plurimum ab his verbis* senex atque anus *incipiebat*. Quare licet ego ab iis explicationibus, notisque abstinere statuerim, quae ad Grammaticos videntur pertinere, hic tamen necessarium esse duxi, Adolescentes, quorum prae manibus Farnabii versantur Commentarii, sedulo admonere, ne illo duce in hujusmodi prolabantur errorem: quas enim animo a viris nonnullis magni nominis susceperint impressiones, difficillime, nec nisi magna abiiciunt contentione: atque huc spectat illud Horatii:

*Quo semel est imbuta recens, servabit odorem*
*Testa diu.*

Ter. Hecyra Fig. XV.




Act. IV. Scena IV.

*Phid.* Tibi quoque aedepol ſum iratus, Philumena,
Graviter quidem: nam hercle abs te factum eſt turpiter:
Etſi tibi cauſſa eſt de hac re; mater te impulit [a]:
Huic vero nulla eſt. *Lach.* Opportune te mihi,
Phidippe, in ipſo tempore oſtendis. *Phid.* Quid eſt?
*Pam.* Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc operiam [b]?
*Lach.* Dic filiae, rus conceſſuram hinc Soſtratam:
Ne revereatur, minus jam quo redeat domum. *Phid.* Ah,
Nullam de his rebus [c] culpam commeruit tua:
A Myrrhina haec ſunt mea uxore exorta omnia.
*Pam.* Mutatio fit. *Phid.* Ea nos perturbat, Lache.

*Pam.* Dum

VARIANTES LECTIONES

*a* de hac re mater, quae te impulit. *In utroque Codice.*
*b* aperiam? *Concordant Codices.* *c* in his rebus.

Fidippo, Lachete, e Panfilo.

Fid. *Affè, che teco ancor ſon molto irato,*
*O Filomena, che aſſai male hai fatto,*
*Sebbene addur tu puoi per tua diſcolpa*
*L' imperio della madre, a cui per certo*
*Non è luogo di ſcuſa.* Lach. *Oh quanto a tempo*
*Qui giungeſti, o Fidippo.* Fid. *E che ci è egli?*
Panf. *A queſti or che dirò? ed in qual modo*
*Potrò celare il promeſſo ſegreto?*
Lach. *Dì alla figlia, come quanto prima*
*Andrà Soſtrata in Villa, onde ella poſſa*
*Tornar con ſicurezza a caſa mia.*
Fid. *Ah che la tua non ha colpa veruna*
*In queſte coſe: dalla mia Mirrina*
*Vengon tutti i ſconcerti.* Panf. *Ora t' incolpa*
*Mirrina.* Fid. *La mia moglie è il noſtro affanno,*

 *E non*

*Pam.* Dum ne reducam, turbent porro, quam velint.
*Phid.* Ego, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest,
Affinitatem hanc sane perpetuam volo:
Sin est, ut aliter tua siet sententia:
Accipias puerum. *Pam.* Sensit peperisse, occidi.
*Lach.* Puerum? quem puerum? *Phid.* Natus est nobis nepos:
Nam abducta a vobis praegnans fuerat filia,
Neque fuisse praegnantem umquam ante hunc scivi diem.
*Lach.* Bene, ita me dii ament, nuncias: & gaudeo
Natum [a] illum, & tibi illam salvam: sed quid mulieris
Uxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nos ne hoc celatos tamdiu? nequeo satis,
Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.
*Phid.* Non tibi illud factum minus placet, quam mihi, Laches.
*Pam.* Etsi jamdudum [b] fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non est, cum eam consequitur alienus puer [c].
*Lach.* Nulla tibi, Pamphile, hic jam consultatio est.
*Pam.* Perii. *Lach.* Hunc videre saepe optabamus diem,
Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem.
Evenit. habeo gratiam diis. *Pam.* Nullu' sum.
*Lach.* Reduc uxorem, ac noli advorsari mihi.
*Pam.* Pater, si ex me illa liberos vellet sibi,

Aut

VARIANTES LECTIONES

*a* Natum filium, *b* Etiamsi dudum. *In utroque Codice.* *c* pater.

*E non la tua.* Panf. *Purchè io non la rimeni*
*A casa mia contrastin fra di loro.*
Fid. *Panfilo, io voglio, quando far si possa,*
*Che questa affinità fra noi si eterni:*
*Se poi tu sei di parer diverso,*
*Ripigliati il figliuolo.* Panf. *Egli ha saputo,*
*Come ella ha partorito; Ohimè son morto!*
Lach. *Un figlio! e che figliuolo?* Fid. *Egli ci è nato,*
*Lachete, un nipotino, perchè pregna*
*Di casa vostra a noi venne la figlia,*
*Benchè ciò m' han fin' or tenuto ascoso.*
Lach. *Buone nuove per certo e mi rallegro,*
*Che egli sia nato, e sia salva la madre;*
*Ma che sorta di femina ella è mai*
*Questa tua moglie? e che costume è il suo?*
*Tanto tempo nasconderci tal cosa!*
*Non so dirti a bastanza, quanto parmi,*
*Che ella abbia fatto male.* Fid.. *Certamente*
*Che al par di te mi è questo dispiaciuto.*
Panf. *Sebben fin' ora sono stato in dubbio*
*Di ricondurla, o no, ora ho fermato*
*Di non farne altro, che l' è nato un figlio.*
Lach. *Qui, Panfilo, non ci è da far consulta.*
Panf. *Son morto.* Lach. *Di vedere un simil giorno,*
*Che alcun di te nascesse, e ti chiamasse*
*Padre, sovente era la nostra brama;*
*Or l' abbiam visto, e ne diam grazie a i Numi.*
Panf. *Non so quel che io mi sia.* Lach. *Rimena dunque*
*La moglie a casa, e più non contradirmi.*
Panf. *Se ella di me volesse aver figliuoli,*

*E la*

Aut se esse mecum [a] nuptam, satis certo scio,
Non me clam haberet, quae celasse intellego.
Nunc, cum ejus alienum esse a me animum sentiam,
Nec conventurum inter nos posthac arbitrer [b],
Quam ob rem reducam? *Lach.* Mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit: mirandumne id est [c]?
Censen' te posse reperire ullam mulierem,
Quae careat culpa? an quia non delinquunt viri?
*Phid.* Vosmet videte jam, Lache, & tu Pamphile,
Remissam opu' sit vobis, an reductam domum:
Uxor quid faciat, in manu non est mea:
Neutra in re vobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero? *Lach.* Ridicule rogas.
Quidquid futurum est, huic reddas, suum scilicet,
Ut alamus nostrum. *Pam.* Quem ipsa neglexit, pater,
Ego alam? *Lach.* Quid dixti? eho, an non alemus, Pamphile?
Prodemus quaeso potius? quae haec amentia est?
Enimvero prorsus jam tacere non queo.
Nam cogis ea, quae nolo, ut praesente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?
Aut, quid sit id, quod sollicitere ad hunc modum?

Primum

VARIANTES LECTIONES

*a* Aut sese mecum. *b* arbitror. *c* fiet?

*E le piacesse di essermi consorte,*
*So certo, che celato non mi avrebbe*
*Quello, che mi ha celato.* Or *questo fatto*
*Chiaro mi mostra, quanto alieno sia*
*Da me l'animo suo, e in avvenire*
*So, che staremo in risse; onde a qual fine*
*La dovrò ripigliare?* Lach. *E ti stupisci,*
*Se abbia una ragazza seguitati*
*Della madre i consigli? credi forse*
*Di trovar donna, che non abbia vizi,*
*O forse tu dì ciò, perchè ti pensi,*
*Che gli uomini non mai facciano errore?*
Fid. *Da voi stessi voi considerate,*
*Lachete, e Panfilo, quel che vi torni*
*Meglio, il volere, o il ripudiar costei:*
*Quel, che la donna poi farà per fare,*
*Non è in mia mano, e in quanto a me vi giuro,*
*Che l'una, o l'altra cosa, che eleggiate,*
*Approverolla. Ma che fia del figlio?*
Lach. *Ridicola domanda. Vada pure*
*La cosa, come vuole, a lui lo rendi,*
*Cioè rendigli il suo, acciocchè noi*
*Alimentiamo il nostro.* Panf. *Che io alimenti*
*Padre, quel, che ella stessa ha trascurato?*
Lach. *E che hai tu detto? non l'alleveremo?*
*L'esporremo piuttosto? e che stoltezza*
*E' mai la tua? ma in verità non posso*
*Starmi più zitto, e ancorchè non vorrei*
*Dir quello, a cui mi sforzi, avanti a questo,*
*Pur lo dirò. Ti credi tu, che ignori*
*Delle lagrime tue la causa vera?*
*E che io non sappia, qual mordace cura*
*Ti stimola, e ti affanna in modo tale?*

*Primie-*

Primum hanc ubi dixti caussam, te propter tuam
Matrem non posse habere hanc uxorem domi,
Pollicita est ea, se concessuram ex aedibus.
Nunc, postquam ademptam hanc quoque tibi caussam vides;
Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum ut [a] abducas [1] tuum,
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos fecisti in eam, quam animo aequo tuli?
Egi atque oravi, tecum uxorem ut duceres:
Tempus dixi esse: impulsu duxisti meo.
Quae tum obsequutus mihi fecisti, ut decuerat;
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum:
Cui tu obsequutus, facis huic adeo injuriam.
Nam in eandem vitam te revolutum denuo
Video esse. *Pam.* Mene? *Lach.* Te ipsum: & facis injuriam,
Confingis falsas caussas ad discordiam,
Ut cum illa vivas, testem hanc cum abs te amoveris:
Sensitque adeo uxor. nam ei caussa alia quae fuit,
Quamobrem abs te abiret? *Phid.* Plane hic divinat: nam id est.
*Pam.* Dabo jusjurandum, nihil esse istorum [b] tibi. *Lach.* Ah,

Reduc

VARIANTES LECTIONES

*a* adjungas, *b* istorsum mihi.
1 adducas.

*Primieramente quando tu dicesti*
*Di non volere ricondurla a casa*
*A cagion di tua madre, ella promise*
*Di ritirarsi in Villa. Ora che tolta*
*Ti è questa scusa, tu ne trovi un' altra,*
*Che è del figlio a te nato nascoso.*
*T' inganni, se tu credi, che io non sappia*
*Qual sia l' animo tuo.*
*Quanto spazio di tempo ti concessi*
*Di amar l' amica tua, purchè una volta*
*T' inducessi sul serio a prender moglie?*
*E quanto sopportai, senza turbarmi*
*Le molte spese, che le festi attorno?*
*M' ingegnai, ti pregai a prender moglie,*
*Ti dissi esser già tempo, e tu alla fine*
*Spinto da me ti riducesti a torla:*
*E in obbedirmi quello tu facesti,*
*Che si conviene a un figlio.*
*Or di nuovo ti tornano alla mente*
*Di quella amica tua i primi amori,*
*Le cui voglie tu segui: onde è che fai*
*Ingiuria a questa, perchè un' altra volta*
*Ti vedo ricaduto in quella stessa*
*Vita di prima.* Panf. *Io ne?* Lach. *Si sì tu stesso.*
*E fai male a inventar ire, e discordie*
*Colla moglie, per viver con colei,*
*Quando questa ti sia tolta dagli occhi.*
*Ben ella se ne accorse. E per qual' altra*
*Cagione ella da te si è dipartita?*
Fid. *Indovino è costui, certo fu quella.*
Panf. *Ti darò giuramento, che niuna*
*Ella è di queste cose.* Lach. *Eh via rimena*

La

Reduc uxorem; aut quamobrem non opus sit, cedo.
*Pam.* Non est nunc tempus. *Lach.* Puerum accipias: nam is quidem
In culpa non est: post de matre videro.
*Pam.* Omnibus modis miser sum: nec, quid agam, scio.
Tot nunc me rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, praesens quando promoveo parum.
Nam puerum injussu credo non tollet[1] meo,
Praesertim in ea re cum sit mihi adjutrix socrus.
*Lach.* Fugis? hem: nec quidquam certi respondes mihi?
Num tibi videtur esse apud sese? sine:
Puerum, Phidippe, mihi cedo, ego alam. *Phid.* Maxume.
Non mirum fecit uxor, si hoc aegre tulit:
Amarae mulieres sunt, non facile haec ferunt.
Propterea haec ira est: nam ipsa narravit mihi:
Id ego praesente hoc tibi nolebam dicere[a]:
Neque ei credebam primo: nunc verum[2] palam est.
Nam omnino abhorrere animum huic video nuptiis[3].
*Lach.* Quid ergo agam, Phidippe? quid das consili?
*Phid.* Quid agas? meretricem hanc primum adeundam censeo:
Oremus: accusemus gravius: denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.

*Lach.* Fa-

VARIANTES LECTIONES

*a* Ideo ego hoc praesente tibi nolueram dicere: — Neque illi credebam. *Concordant Codices.*
1 tollent. 2 vero. 3 a nuptiis.

*La donna a casa, o dimmi qual motivo*
*Hai tu di non volerla?* Panf. *Or non è tempo.*
Lach. *Piglia intanto il fanciullo, e' non ci ha colpa;*
*E della madre si vedrà in appresso.*
Panf. *Infelice son io per tutti i versi,*
*Ne so più che mi fare, così stretto*
*Mi ha con tante ragioni il padre mio.*
*Me n' andrò dunque, tanto più che poco,*
*O nulla qui io traggo di profitto;*
*Ne prenderassi senza mio comando*
*Il figlio, spezialmente perchè in questo*
*Tutta la man la Suocera darammi.*
Lach. *Tu fuggi, e non mi dai certa risposta?*
*Ora in se ti pare egli il mio figliuolo?*
*Ma lasciami, Fidippo, il fanciullino;*
*Io nutrirollo.* Fid. *Assai di buona voglia*
*Te 'l do. Non è da farsi meraviglia,*
*Se questo sopportò mal volentieri*
*La moglie: per natura son gelose*
*Le donne tutte, e son su questo tasto*
*Facili a risentirsi, e sol per questo*
*E' sdegno fra di loro, ed ella stessa*
*Già detto me l' aveva, ed io non mai*
*Te lo voleva dire, esso presente,*
*Ne al primo io lo credeva: adesso poi*
*La cosa, come vedi, è troppo chiara,*
*Che io veggio lui, che propriamente aborre*
*Il prender moglie.* Lach. *Or che farò, Fidippo?*
Fid. *Che farai? Dobbiamo in primo luogo*
*Insieme andar da questa meretrice,*
*E lei pregare, e rampognarla molto,*
*E bisognando ancor farle paura,*
*Se in avvenir s' impaccierà con lui.*

Lach. *Fa-*

*Lach.* Faciam, ut mones. puer, eho, curre ad Bacchidem hanc
Vicinam nostram: huc evoca verbis meis.
Et te [a] oro porro, in hac re adjutor sis mihi. *Phid.* Ah,
Jam dudum dixi, itidemque [b] nunc dico, Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo est ut possit; quod spero fore.
Sed vin' ne adesse me una, dum istam convenis?
*Lach.* Immo vero abi. aliquam puero nutricem para.

VARIANTES LECTIONES

a At te. b idemque. *In utroque Codice.*

Lach. *Farò, come mi hai detto. Olà Ragazzo,*
*Dalla Bacchide quì nostra vicina*
*Corri spedito, e dille a nome mio,*
*Che venga fuora. E te supplico ancora,*
*Che in questa cosa mi protegga, e assista.*
Fid. *Te l' ho detto ora, e te lo torno a dire,*
*Che nulla voglio più, che la fermezza*
*Di questa affinitade fra di noi,*
*Se modo vi sarà, come lo spero.*
*Ma mi vuoi teco, quando a lei favelli?*
Lach. *Anzi vattene via; e pe 'l Fanciullo*
*Ricerca, e trova alcuna Allevatrice.*

Act. V. Scena I.

Bac. NOn hoc de nihilo eſt, quod Laches me nunc conventam eſſe expetit:
Nec pol me multum fallit, quin, quod ſuſpicor, ſit quod velit [a].
*Lach.* Videndum eſt, ne minus propter iram hanc impetrem, quam poſſiem:
Aut ne quid faciam plus, quod poſt me minus feciſſe ſatius ſit.
Aggredior [b]. Bacchis ſalve.
*Bac.* Salve Laches. *Lach.* Credo aedepol, te nonnihil mirari, Bacchis,
Quid ſit [c], quapropter te huc foras puerum evocare [d] juſſi.
*Bac.* Ego pol quoque etiam timida ſum, cum venit [e] in mentem, quae ſim,
Ne nomen mihi quaeſti obſiet [f]: nam mores facile tutor.

*Lach.* Si

VARIANTES LECTIONES

a quid velit. b Adgrediar. *In utroque Codice*. c Qui ſit. d evocari. e venit mihi.
f Ne nomen mihi quaeſtus obſtet.

Bacchide, e Lachete.

Bac. N*On è per nulla mica la richieſta,*
*Che or di me fa Lachete, e non d' aſſai*
*M' inganno a ſoſpettar ciò, ch' egli vuole.*
Lach. *Non vorrei, che lo ſdegno mi gabbaſſe,*
*E che otteneſſi men di quel, che io bramo*
*Da coſtei, e faceſſi alcuna coſa,*
*Che m' increſceſſe poi di averla fatta:*
*Andronne a lei. Io ti ſaluto Bacchide.*
Bac. *Io te, Lachete.* Lach. *Io credo certamente,*
*Che ti ſarai maravigliata alquanto*
*In ſentirti chiamare a nome mio.*
Bac. *Affè, che piena ancor ſon di timore*
*In ripenſar, che ſon quella, che ſono:*
*E temo ancor, che il nome di guadagno*
*Non mi ti renda ingrata; fuor di queſto,*
*Facilmente difendo i miei coſtumi.*



. Lach. *Se*

*Lach.* Si vera dicis, nihil tibi est a me pericli, mulier: nam
Jam aetate ea sum [a], ut non siet peccato mihi ignosci aequom
Quo magis, omnes res cautius ne temere faciam, accuro:
Nam si facis [1], facturave es, bonas quod par est facere;
Inscitum offerre injuriam tibi immerenti, iniquom est.
*Bac.* Est, magnam ecastor gratiam de hac re quod tibi habeam [2]. nam qui
Post factam injuriam expurget [3], mihi parum prosit. Sed
Quid istuc est? *Lach.* Meum receptas filium ad te Pamphilum. *Bac.* Ah.
*Lach.* Sine dicam. Uxorem hanc prius quam duxit, vostrum amorem pertuli.
Mane: nondum etiam dixi id, quod volui. nunc hic [b] uxorem habet:
Quaere alium firmiorem tibi, dum consulendi tempus est [c]:
Nam neque ille hoc animo erit, neque tu pol eadem istac aetate.
*Bac.* Quis id ait? *Lach.* Socrus. *Bac.* Mene? *Lach.* Te ipsam: & filiam abduxit suam,
Puerumque ob eam rem clam voluit, natus qui est, extinguere.
*Bac.* Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem,
Sanctius quam jusjurandum, id pollicerer tibi, Laches; *

Me

VARIANTES LECTIONES

*a* Nam ea aetate jam sum. *b* Hic nunc.
*c* Quaere alium tibi amicum firmiorem, dum tibi tempus consulendi est. *Sic in utroque Codice.*
1 Nam si id nunc facis. 2 Est magna ecastor gratia de istac re, quam tibi habeam. 3 se expurget.

Lach. *Se il vero tu mi narri, ti assicuro,*
*Che non avrai da me disgusto alcuno;*
*Imperocchè già sono in una etade,*
*Ove giusto non è, quando io fallisca,*
*Che sia scusato il fallo; onde è, che tutto*
*Pongo il mio senno in far le cose bene.*
*Perciò se ora fai quello, e lo farai,*
*Che buona donna sia dover che faccia,*
*Cosa ingiusta sarebbe, se io ti fessi*
*Ingiuria alcuna.* Bac. *Io ti ringrazio*
*Di questa cosa: perchè sonvi molti,*
*Che ti fan prima qualche brutto affronto,*
*E si scusano poi, lo che non giova.*
*Ma dimmi, a che mi vuoi?* Lach. *Io so di certo*
*Che tu ricetti Panfilo mio figlio.*
Bac. *Ah.* Lach. *Tu lasciami dire. Il vostro amore,*
*Prima ch' e' si ammogliasse, io sopportai*
*Di buona voglia... Taci, che non anco*
*Ho detto tutto quello, che ho voluto.*
*Or questi ha moglie: tu di un altro amico*
*Ti cerca, che di lui stabil più sia;*
*Mentre v' è tempo ancor da consigliarsi:*
*Perchè egli muterassi a lungo andare,*
*Ne a lungo andar tu più sarai la stessa.*
Bac. *Chi dice queste cose?* Lach. *Ella è la Suocera.*
Bac. *E le dice di me?* Lach. *Di te le dice:*
*E si è condotta la sua figlia a casa,*
*E volle a tal cagione ascosamente*
*Dar morte al figliuolin nato di fresco.*
Bac. *Se altro vi fusse di più santo al mondo,*
*Che il giuramento, onde le mie parole*
*Maggior fede acquistassero appo voi;*
*Lachete, io ti farei certo per quello,*

*Che*

NOTAE

* Omnibus fere gentibus Juramentum magna semper religione, & observantia fuisse, plurima facta docent, quibus nonnullos turpissimam obire mortem, quam datam juramento fidem frangere, maluisse constat. De Romanis Cicero de Officiis Lib. III. *Nullum, ait, vinculum ad adstringendam fidem jurejurando Majores arctius esse voluerunt. Id indicant Leges in XII. Tabulis, indicant Sacra, indicant foedera, quibus etiam cum hoste devincitur fides: indicant notiones, animadversionesque Censorum: qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando judicabant.*

Alibi quoque Terentius Actores suos inducit fidem sibi Juramento,

Me ſegregatum habuiſſe, uxorem ut duxit, a me Pamphilum.
*Lach.* Lepida es. ſed ſcin', quid volo potius ſodes facias? *Bac.* Quid [a], cedo?
*Lach.* Eas ad mulieres huc intro, atque iſtuc jusjurandum idem
Polliceare illis. exple animum iis, teque hoc crimine expedi.
*Bac.* Faciam: quod pol, ſi eſſet alia ex hoc quaeſtu, haud faceret, ſcio,
Ut de tali cauſſa nuptae mulieri ſe oſtenderet:
Sed nolo falſa fama eſſe [b] gnatum ſuſpectum tuum,
Nec leviorem vobis, quibus eſt minime aequom, [c] viderier
Immerito: nam meritus de me eſt, quod queam, illi ut commodem.
*Lach.* Facilem benevolumque lingua tua jam tibi me reddidit:
Nam non ſunt ſolae arbitratae hae; ego quoque etiam credidi [1].
Nunc cum ego te eſſe [d] praeter noſtram opinionem comperi:
Fac eadem ut ſis porro. noſtra utere amicitia, ut voles.
Aliter ſi facis [e], reprimam me [2], ne aegre quidquam ex me audias.
Verum te hoc moneo unum, qualis ſim amicus, aut quid poſſiem,
Potius quam inimicus, periclum facias. *Bac.* Faciam ſedulo [f].

VARIANTES LECTIONES.

*a* Quidvis, cedo? *b* eſſe *Deeſt*. *c* eum viderier. *d* Numquam ego te eſſe.
*e* facies. *f* *Haec deſunt in utroque Codice*.
1 hoc credidi. 2 Aliter ſi faciam. Sed reprimam me.

*Che da che preſe Panfilo mogliera,*
*Da me ſtette lontano.* Lach. *Tu ſei cara.*
*Ma ſai quel, che da te piuttoſto io voglio?*
Bac. *Dì pur ciò, che tu vuoi.* Lach. *Che vada dentro*
*Da queſte donne, e che tu faccia loro*
*Coteſto giuramento, e in queſto modo*
*Lor dì affanno torrai, e te di colpa.*
Bac. *Farollo, e farò coſa certamente,*
*Che un' altra pari mia non la farebbe,*
*Cioè per tal cagion farſi vedere*
*A donna maritata.*
*Ma non vuo' mica, che ti ſia ſoſpetto*
*Di così falſa fama il tuo figliuolo,*
*E che da voi (che fora coſa ingiuſta)*
*A torto ſia creduto un uom leggiero:*
*Che ſempre e' meco ſi portò in tal modo,*
*Che dove io poſſa, gli farò piacere.*
Lach. *Già il tuo parlare mi ti ha fatto amico,*
*Che di ciò non ſolo eſſe han ſoſpettato,*
*Ma l'ho creduto anch' io; or che ho trovato,*
*Che quella tu non ſei, che noi penſammo,*
*Ti prego tale a mantenerti: e poi*
*Serviti pur di me, come ti aggrada.*
*Se altrimenti farai . . . ma ſtiamo cheti,*
*Acciocchè non mi ſcappi dalla bocca*
*Qualche detto pungente. Una ſol coſa*
*Io ti vuo' dire, e ti ci eſorto a farla,*
*Cioè che tu piuttoſto faccia prova*
*Di quello, che a tuo prò poſſa il mio amore,*
*Che l'odio, e l'ira mia a' danni tuoi.*
Bac. *Farollo prontamente.*

NOTAE

mento conciliantes. Sic Pamphilus Andriae Act. IV. Sc. II.
*Per omnes tibi adjuro Deos, numquam eam me deſerturum.*
Davus quoque eodem Actu Sc. IV.
*Si forte opus ad herum jusjurandum mihi,*
*Non appoſuiſſe, ut liquido poſſim.*
Pamphilus praeterea Hecyr. Act. IV. Sc. IV.
*Dabo jusjurandum, nihil eſſe iſtorum, tibi.*
Neque mirum, Bacchidem, quae meretrix ſit, Juramentum polliceri, ſacram quidem rem, atque inviolabilem. Notandum ſiquidem cum Donato eſt, Terentium arte fretum, multa fuiſſe feliciter auſum: nam & Socrus bonas, & meretrices honeſti cupidas, qualis hic Bacchis eſſe videtur, credique curat, juxta ea, quae ipſa pronunciat, *Mores facile tutor*, praeterquam pervulgatum eſt, facit: ſed tanta vigilantia cauſſarum, & rationum momenta ſubjungit, ut ei ſoli merito videantur omnia licere.

Ter. Hecyra

Fig. XVII

*Act V. Scena II*

*Phid.* NIhil apud me tibi defieri patiar, quin, quod opus ſit,
Benigne praebeatur.
Sed cum tu ſatura, atque ebria eris, puer ut ſatur ſit, facito.
*Lach.* Noſter ſocer, video, venit: puero nutricem adducit.
* Phidippe, Bacchis dejerat perſancte. *Phid.* Haeccine ea eſt? *Lach.* Haec eſt.
*Phid.* Nec

Fidippo, Lachete, e Bacchide.

Fid. *NOn ſoffrirò, che mai ti manchi nulla*
*In caſa mia, e quel che ti biſogna,*
*Farò che ti ſia dato volentieri.*
*Ma quando tu ſarai ebria, e ſatolla,*
*Fà che ſatollo ſia anco il fanciullo.*
Lach. *Ecco il Suocero noſtro, che a noi viene;*
*E ſi è condotta pe'l fanciul la Balia.*
*Fidippo, ecco quì Bacchide, che giura.*
Fid. *Coteſta è quella?* Lach. *Si queſta è.* Fid. *Oh coteſte*
*Sono*

## NOTAE

* Quandoquidem de Jurejurando ſit hic iterum mentio, nonnullaque ſuperius de ejus religione attigimus, de ritibus nunc differere libet. Singulis gentibus peculiares eos fuiſſe, convenit inter Scriptores, atque etiam per Deos juraſſe alias, alias autem per ſalutem ſuam, per caput filiorum, aut conſanguineorum, quandoque etiam per ſalutem, aut genium Principis. Socratem per Canem jurare ſolitum, nemo ullus ignorat; Athenienſes autem per unum, aut duos, vel per eos quoque duodecim Deos, quos venerabantur; nec raro fiduciam cauſſae ſuae oſtentaturos parti adverſae optionem dediſſe ſibi nominandi Deum, per quem jurare vellet. Romani ſi publice, publicave de re jurandum foret, Jovem Capitolinum appellabant, qui Juramentorum cuſtos credebatur, teſte Euripide in Medea V. 170.

*Jovemque, qui Juramentorum*
*Mortalibus cuſtos creditus &c.*

Eaque de cauſſa *Fulmineus*, ſeu *Fulminans* dicebatur, quod triſulco telo in perjuros animadverteret, juxta Tacitum Lib. XVI. cap. 35. Quare hodiedum plurimae Romae, alibique paſſim viſuntur Jovis ſtatuae fulmen manu ſtringentis; quas inter elegantiſſimam puto, quae in Aedibus DD. de Veroſpis aſſervatur.

Si foedera ſancirent, ſilicem manu tenentes haec pronunciabant: *Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalva Urbe, Arceque bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem;* eumque jacebant. Mulieres autem per Junonem, ſeu Dianam, vel etiam per Venerem jurare ſolebant.

Quum publice jurabatur, qui Juramentum emittebat, manum imponebat Arae, eamque tenebat, aut falſi Numinis ſimulacrum; quod oſtendunt illa Plauti in Rud. Act. V. Sc. II.

Gr. *Tange Aram hanc Veneris.* La. *Tango.*

Et paulo poſt

Gr. *Tene Aram hanc.* La. *Teneo.* Gr. *Dejura, te mihi argentum daturum.*

Sic

Phid. Nec pol istae metuunt Deos, neque has respicere deos opinor.
Bac. Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire[1].
Haec res hic agitur: me facere, Pamphilo ut uxor redeat[a],
Oportet: quod si perficio, non poenitet me famae,
Solam fecisse id, quod aliae meretrices facere fugitant.
Lach. Phidippe, nostras mulieres suspectas[b] falso nobis
In re ipsa invenimus: porro hanc nunc experiamur. nam si
Compererit falso crimini tua se uxor credidisse,
Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam, id leve est: cito ab eo haec ira abscedet.

Prose-

VARIANTES LECTIONES

*a* Pamphilo me facere, ut redeat uxor. *Concordant Codices.* *b* suspectas fuisse.
1 exquire, licet.

*Sono in caso a giurar! non han timore*
*Degli Dei, ne gli Dei riguardan esse.*
Bac. *Ecco qui le mie Fanti, sovra loro*
*Usate ogni tormento, onde possiate*
*Saperne il netto. Di presente solo*
*Si tratta a far, che Panfilo ritorni*
*Colla sua moglie; il che se ottengo mai,*
*Non pentirommi di aver preso grido*
*Di quello far, che le altre meretrici*
*Sfuggon di fare.* Lach. *Abbiam tocco con mano,*
*Fidippo, come a torto si è da noi*
*Preso sospetto delle nostre donne;*
*Or si provi costei. Che se per sorte*
*La tua donna vedrà, che prese errore,*
*Darà di bando all' ira; e se il mio figlio*
*Non per altra cagion era sdegnato,*
*Se non per aver lei celato il parto;*
*Questa è lieve cagione, e presto presto*
*Ritornerà a calmarsi. E a dirla giusta*
*In questo affar non v' è nulla di male,*

*Che*

# NOTAE

Sic quoque Cicero in Orat. pro Flacco: *Is si Aram tenens juraret, crederet nemò*. Eumdem a Graecis servatum fuisse morem, docet Justin. XXIV. 2. 8. *Ptolemaeus sumptis in manibus Altaribus, contingens ipsa simulacra, & pulvinaria Deorum, inauditis, ultimisque execrationibus adjurat*. Moris quoque erat, ut qui solenni defungebantur juramento, Caprum Diis, per quos jurabatur, vel Arietem, vel Capram sacrificarent, vel etiam ex triplici hoc animalium genere simul victimas offerrent. Romanis in primis Porca in hujusmodi usum placuit.

Quod si privatum esset Juramentum, manus illius, cui jurabatur, tangi, tenerique solebat. Sic Menelaus apud Euripidem Juramentum ab Helena exposcens, *Nunc dexteram hanc*, ait, *apprehende*. Ejusdem autem Euripidis Scholiastes auctor nobis est, jurantes vel per ignem manum traducere solitos, vel ferrum candens manu tenere, sibi persuadentes bona fide jurantibus neutrum nociturum: aliquando etiam ferrum fuisse in mare projectum, affirmat Callimachus, ut significaretur, tamdiu Juramenti fidem servatum iri, quamdiu ferrum esset in mari mansurum. Nonnumquam Juramento chartae inscripto, eaque in mare projecta, de jurantis sinceritate edoceri volebant: si enim charta supernataret, sancte juratum putabant; perjurii vero signum erat, si mergeretur. Quae si vera sunt, miseros Idolorum cultores Daemonis fraude ad haec tentanda stimulatos, & mox fuisse deceptos credendum est.

